# DE AGRO TROIANO IN CARMINIBVS HOMERICIS DESCRIPTO

COMMENTATIO GEOGRAPHICO-CRITICA

AVCTORE

FRID. AVG. G. SPOHN

PHIL. DOCT. AA. M.

(RICARDI PORSONI ADVERSARIORVM COROLLARIVM)

LIPSIAE

APVD IOA. AVG. GOTTL. WEIGEL

IN COMMISSIS

CIↃ.IↃ.CCCXIV

# CHRISTIANO AVG. LOBECK

VET. LIT. IN ACAD. REGIOMONT. PROFESSORI

VITEBERGA REGIOMONTVM

ABEVNTI



# PROPEMPTICVM

Quod TIBI, quem qui norunt omnes amant, iam mitto munufculum levidenfe, et iuvenilium, quod optime fcis, virium tentamen, *propemptici* loco velis accipere ab eo confcripti, qui e discipulorum numero, qui TE quotquot funt omnes venerantur, TE maximo amplectatur amore, et ex ea fcribendi folitudine profecti, qua mihi, qui paullo ante fcholis TVIS adhuc interfueram, ut infigni et fere amica benevolentia a TE ornarer, contigit.

Memineris, fuaviffime *Lobeck*, me, quem iam diu in explicanda prima geographiae graecae aetate, et in colligendis, atque, quoad eius fieri poteft, ad disciplinam quandam revocandis geographicis illius aevi fabulis, praecipue vero iis, quae in carminibus Homericis et Hefiodeis reperiantur, operam locaffe probe tenebas, quondam TIBI interroganti, de agro Troiano quid ftatuam, haefitantem et tergiverfantem refpondiffe, et habebis, quo me mirans et quaerens, quamnam ob caufam agrum Troianum elegerim, de quo verba facerem, recte poffis excufare. Iam vero me eo, ut

commentariolum, quo prae caeteris eo annifus fum, ut fententiam aliquam *Wolfii* V. S. confirmarem, feiunctum a comitibus ederem, quippe quum tantum abfit, ut *Geographiam Graecorum fabulofam*, quam me confcripturum effe TIBI, qui ipfe me excitafti, non eft, quod repetam, iam in lucem emittere poffim, ut eam diu adhuc excolere et elimare debeam, et fingularis erga TE amor, et peculiaris rerum nexus, quem non potui non fequi, adegerunt.

Quod reliquum eft, leve hoc pietatis monumentum benevolo, uti foles, accipe animo, atque me, ubi tali magiftro non plane indignum iudicaveris effe discipulum, amore TVO, mihi exoptatiffimo, condecorare perge; ficubi vero erraverim, TV, quod mihi certo fperare licet, iuveni non fuccenfebis, atque e feveriorum cenforum fententia iudicii mei errorem laus TIBI dati muneris, opinor, compenfabit. Vale.

Scribeb. Schmiedebergae Cal. Septembr. cIↃIↃcccxiv.

Fr. Aug. G. Spohn.

# DE AGRO TROIANO
## IN CARMINIBVS HOMERICIS
## DESCRIPTO.

Quamquam de agro Troiano nostris praecipue temporibus, nam antiquiorum ea de re conatus et studia, ne longius regredi debeamus, silentio praetermittere liceat, vario modo anquisitum et disputatum est, neque solum multi ad libros de eo conscribendos commoti, verum etiam ad itinera longa et molesta eo consilio, ut celeberrimam illam regionem, eiusque loca singula, quibus Graecorum Troianorumque res gestae claritatem, carmina Homerica immortalitatem nominis atque memoriae conciliarunt, cognoscerent, suscipienda compulsi sunt [1]): vix tamen ac ne vix quidem pauci, quippe quum fere omnes, utpote quibus iusto nimis de carminum Homericorum origine genuina et integritate persuasum erat, non-

1) Antiquiorum nominibus, quae tam ipse Le Chevalier, quam recentiores libri ab eo scripti editores enumerarunt, haec recentiorum nomina, qui vel peregrinando, vel alio modo hanc rem illustrare studuerunt, addas: *Griffith*, *Morrit*, *W. Franklin*, *Vincent*, *Bryant*, *Wakefield*, *Müller*, *Liston*, *Schwarz*, *Hellwig*, *Åkerblad*, *Sibthorp*, *Hawkins*, *Carlysle*, *Kauffer*, *de Hammer*, *Gell*, et, quorum opera adhuc exspectamus, *Walpole* et *Mauduit*.

nisi eo anniterentur atque allaborarent, ut hodiernam huius regionis conditionem cum prisca illa, quae in carminibus Homericis depingitur, conciliarent, atque, ubi id fieri non posse videbant, mutationem statuerent, eiusque causam indagare studerent, pauci, inquam, eo pervenerunt, ut paullo altius recedentes ipsam imaginem, quam carmina Hom. adumbrant, examinandam, et praeter caetera, an ea constet sibi, nec ne, quaerendum esse putarent.

E quorum numero, quum princeps, *Wolfium* dico, observationem [2]), quae huc spectat, eo scripserit tempore, quo *Woodii* studio res magis obscurata esset, quam illustrata, et vix innotuissent, quae *Le Chevalier* sibi reperisse videbatur, post recentiorum vero itinera et tentamina, qui eo maxime consilio, ut doceat, imaginem agri Troiani, qualem in carminibus Hom. reperimus, aut constare sibi, neque ullo modo sibimet ipsi adversari, aut singulas quasdam eius partes discrepare, atque alienas esse videri, qui fuse scripserit, neminem compererimus, hoc negotii, molesti quidem et ingrati sine dubio multis, ubi diversam ab ipsorum opinionibus feramus sententiam necesse fuerit, maxime vero necessarii, nobis iam liceat suscipere.

Minime igitur in eo elaboremus, ut hodiernam huius regionis conditionem cum ea, quam in carm. Hom. depictam et adumbratam reperimus, quae quidem quaestio iam dudum novitatis gratiam exuit, comparemus, neque eas recolamus et redintegremus

---

2) Prolegom. p. 134. not. 99. „Aliis vero in locis illos sive incuria, sive prava religio deterruit, quominus omnia eiicerent, quae rerum summam et aequabilem tenorem turbarent. Ut, ne alia nunc congeram, *in ipsa chorographia agri Troiani aliquid relictum est discrepantiae*, nec sublatum ab istis, cuius causa nemini auctor sim, ut denuo longum iter suscipiat.“

quaeſtiones, quibus, an vere fuerit unquam Troia, Graecique illam expeditionem fecerint, nec ne; quì tanta hominum turba ibi, de quo viveret, reperire potuerit; unde hoc tempore Graecis tanta navigiorum copia, et quae ſunt id genus alia, disceptantur, neque *Bryanti* et nonnullorum Anglorum, aliorumque V. D. aut docta molimina, aut vana ſomnia repraeſentemus, neque in *gravioribus* quidem, e quorum numero, quae de caſtris eorumque metatione et loco, de ſpatio, quo urbs ab Hellesponto diſtarit, de Simoente et Scamandro, quorum praecipue ille, quem priori loco nominavimus, in quaeſtione de navium ſtatione crucis inſtar multos torſit atque etiamnum torquet, qui factum ſit, ut *Strabonis* deſcriptio, qui *Demetrium* ſequebatur *Scepſium*, prope Troiam igitur ortum, tantum discrepet a recentiorum adumbratione, eſſe videntur, aliquantum vero a conſilio noſtro alienis haereamus, quippe quae quo lubet alio verſum citius, quam huc queant vocari: ſed nobis hoc unum indagaturis, *an Homerica huius agri deſcriptio*, cuius illuſtrandae cauſa tot tantique labores ſuscepti et exantlati ſunt, *ſibi conſtet*, mentem animumque ab agro et regione, vel qualis hodie eſt, vel qualem eſſe volunt, ſevocantibus in conſideranda ſola illa imagine erit acquieſcendum.

Quod ut facilius perficiamus, praeterea, quum in illis, quas nunc habemus huius regionis, adumbrationibus, praeter reliqua ſpectatum ſit, ut hodierna eius conditio depingatur, et Homericam imaginem ibi quaſi ſecundas agere in promtu ſit, ac minime igitur perfecta omnibusque abſoluta numeris inveniatur eius explicatio, iam ſingulas eius partes collectas recenſere, iisque enumeratis iudicium annectere ſtudeamus.

## *Τροίη. Ἴλιος. Πέργαμος.*

Ad Hellesponti undas panditur *Troia* [3]), regio ampla [4]) et fertilis [5]), olim *Ilio* [6]), urbe regni Tro-

---

3) *Τροίη* Il. *B.* 162, 178, 237. *Γ.* 74, 257. *Δ.* 175. *E.* 773. *Z.* 207, 315, 519. *I.* 246, 329. *K.* 28. *Λ.* 22, 818. *N.* 7, 233, 367, 433, 645. *Ξ.* 505. *O.* 706. *Π.* 169, 461, 515. *Σ.* 67, 330. *T.* 330. *X.* 116. *Ψ.* 215. *Ω.* 86, 256, 291, 346, 492, 494, 542, 764, 774. Od. *A.* 62, 210, 327, 355. *Γ.* 257, 268, 276. *Δ.* 6, 99, 488. *E.* 307. *I.* 38, 259. *K.* 40, 332. *Λ.* 499. *M.* 189. *N.* 248, 315. *Ξ.* 229. *O.* 153. *Π.* 289. *P.* 314. *Σ.* 260, 266. *T.* 8, 187. *Ω.* 37.

4) *εὐρείη.* Il. *N.* 433. *Ω.* 256, 494, 774. Od. *A.* 62. *Δ.* 99. *E.* 307. *Λ.* 499. *M.* 189.

5) *ἐριβῶλαξ.* Il. *Γ.* 74, 257. *Z.* 315. *Π.* 461. *Ω.* 86. *ἐρίβωλος* Il. *I.* 329. *Σ.* 67. *Ψ.* 215.

6) *Ἴλιος* (ἡ). Il. *A.* 71. *B.* 113, 133, 216, 230, 249, 288, 492, 673. *Γ.* 305, 313. *Δ.* 33, 46, 164, 416. *E.* 204, 210, 551, 642, 648, 716. *Z.* 60, 74, 96, 113, 277, 386, 403, 448, 461, 478, 493. *H.* 20, 31, 82, 345, 413, 429. *Θ.* 131, 288, 295, 499, 551, 561. *I.* 20, 49, 402, 419, 686. *K.* 12. *Λ.* 196, 230. *M.* 115. *N.* 175, 349, 380, 657, 717, 724, 773. *Ξ.* 46, 251. *O.* 66, 169, 215, 237, 550, 558. *Π.* 92, 576. *P.* 145, 159, 163, 193, 320, 328, 337, 396. *Σ.* 58, 140, 174, 270, 327, 439. *T.* 156. *Υ.* 216. *Φ.* 81, 104, 128, 156, 295, 433, 442, 515, 561, 588. *X.* 6, 17, 411. *Ψ.* 1, 64, 156, 297. *Ω.* 27, 67, 143, 145, 330, 383, 620.

Od. *B.* 18, 172. *Θ.* 495, 578, 581. *I.* 39. *K.* 15. *Λ.* 86, 169, 372, 510. *Ξ.* 71, 238. *P.* 104, 293. *Σ.* 352. *T.* 182, 193. *Ω.* 117. Unicus eſt, qui legitur Il. *O.* 71. locus, quo urbs non (ἡ) *Ἴλιος*, ſed (τὸ) *Ἴλιον* dicatur; at vero, num ibi *Ἴλιον αἰπὺ* in *Ἰλίου ἄστυ* mutandum ſit, (quae quidem ſententia ſimili formula, quae Il. *B.* 133. *Θ.* 288. *Φ.* 433. *Ἰλίου πτολίεθρον*, *E.* 642. *Ἰλίου πόλις*, et eadem, quae Il. *Φ.* 128. et Quint. Smyrn. IX. 327. legitur, habet, quo commendetur) et propter digamma (cf. Hermann. ad Orph. 731.) mutari poſſit, quaerere non eſt huius loci.

Notandum vero urbem *Κακοΐλιον* Od. *T.* 260, 597. *Ψ.* 19. dici, et *Τροίην* h. ll. Il. *A.* 129. *B.* 141. *H.* 71. *Θ.* 241. *I.* 28, 46. *Π.* 100, 698. *P.* 155. *Υ.* 316. *Φ.* 375, 544. *X.*

iani principe, procul ab Hellesponto ſita [7]), condecorata.

Qua quidem urbe, quamquam ipſa in loco ſita erat edito [8]), altior prominuit Pergamus [9]) arx (ἀκρόπολις) [10]) rupibus ſuperſtructa, atque ex aliqua parte inacceſſa et praerupta, propter quam loci naturam Troianorum multi equum illum, perniciosſum opus

---

478. Od. *A*. 2. *) *Δ*. 146. *E*. 39. *Λ*. 510. *N*. 137, 388. *Ξ*. 469.

7) Il. *E*. 791. *N*. 107. *Σ*. 256. Od. *Ξ*. 496. coll. 470—475. et not. 119. 120.

8) Quod partim innuit τὸ εἰσαναβαίνειν Il. *B*. 252. *Z*. 74. *P*. 320, 337. *Ω*. 329. **) de introitu in urbem e planitie, et τὸ καταβαίνειν de exitu ex urbe in planitiem adhibitum, Il. *Γ*. 252. *Ω*. 327, 329; partim diſerte loci, ubi αἰπή, Il. *Θ*. 516. *N*. 625. Od. *Γ*. 130. *Λ*. 533. *N*. 316, et αἰπεινή, Il. *I*, 419, 686. *N*. 773. *O*. 215, 257, 558. *P*. 328, atque ὀφρυόεσσα, Il. *X*. 411. dicitur, declarant. Quapropter etiam ventis obnoxia, ἠνεμόεσσα, Il. *Γ*. 305. *Θ*. 499. *M*. 115. *N*. 714. *Σ*. 174. *Ψ*. 64, 297. vocatur.

9) Πέργαμος Il. *Δ*. 508. *E*. 446, 460. *Z*. 512. *H*. 21, 345. *Ω*. 700.

10) Od. *Θ*. 494, 504. πόλις ἄκρη Il. *Z*. 88, 257, 297, 317. *H*. 345. *X*. 383. ἀκροτάτη Il. *Y*. 52. *X*. 172.

*) Ubivis enim in carm. Hom. πόλις, πτολίεθρον vel ἄστυ ita cum nominibus iungitur, ut aut *regis* nomen Il. *A*. 19, 366. *B*. 12, 332, 803. *Δ*. 18. *I*. 188. *M*. 11, 15. *Ξ*. 230. *Π*. 448. *T*. 296. *Φ*. 309. *X*. 165, 230, 251. Od. *Γ*. 130. *K*. 81. aut *populi* Il. *A*. 164. *Δ*. 4. *I*. 412. *Ξ*. 251. *Π*. 69, 708. *Y*. 60. *Ψ*. 88. Od. *Γ*. 85. *Δ*. 9. *Z*. 3, 9, 40, 195, 298. *I*. 165. *Λ*. 14. *O*. 216, 307. *Ω*. 354. aut ipſius *urbis* Il. *B*. 133. *Δ*. 103, 121. *N*. 380. *Φ*. 433. Od. *Γ*. 485. *O*. 183. illis vocibus in ſecundo caſu addatur, nusquam vero *terrae* et *regionis*.

Videntur quidem adverſari loci Il. *Ξ*. 281, 432, ſed memineris, nomina eſſe urbium inſulis cognominum, quod Ithacae Od. *Γ*. 87. *Σ*. 2. *Φ*. 252. *X*. 223. exemplo apparet. Itaque non ,,(Troiae) regionis Troianae urbs" ſed ,,Troia, urbs" intelligitur Od. *A*. 2.

**) Od. *A*. 21, 210. *B*. 172. *Σ*. 252. *T*. 125. huc vocari nequeunt, nam de itinere Graecorum Troiam petentium omni omnino valent.

Epei, ad faſtigium usque protractum hinc deiicere voluerunt, eum peſſum daturi [11]). Ibi, in hac arce ſive ſuperiori urbis parte, non ſolum Deorum, Iovis [12]) quidem, Latonae [13]), Apollinis [14]), Dianae [15]), Martis [16]), atque Minervae [17]), delubra et templa, verum etiam Hectoris [18]) Paridisque [19]) palatia atque ipſius Priami [20]) regis, ad cuius fores cives, ſive ut caperent conſilium, ſive ut captum ſecum communicarent, conſueverant convenire [21]), erant aedificata.

Praeterea vero Pergamus ſanctitatis cuiusdam [22]) nomine et honore ornari et condecorari ſolebat, pariter atque omnis urbs [23]), quae, quod ad omnem omnino attinet, magna [24]) fuit et pulchra [25]), neque ſolum bene habitata et ſplendidis bellisque ornata aedificiis [26]), verum etiam viis pulchris et latis, propter quas celebrabatur [27]), diſtincta.

---

11) Od. *Θ.* 504—508.
12) Il. *Z.* 257. *X.* 172.
13) Il. *E.* 447 ſq.
14) Il. *Δ.* 508. *E.* 512. coll. 510, 446, 460. *H.* 21, 83.
15) Il. *E.* 447 ſq.
16) Il. *E.* 454. coll. 446. *Υ.* 52, uti videtur.
17) Il. *Z.* 88, 269, 279, 297.
18) Il. *Z.* 370. coll. 317.
19) Il. *Z.* 512. coll. 317.
20) Il. *H.* 345 ſq. *Z.* 317.
21) Il. *B.* 788. *H.* 345 ſq. Od. *Θ.* 503.
22) ἱερὴ dicitur Il. *E.* 446.
23) Il. *Δ.* 46, 164, 416. *E.* 48. *Z.* 96, 277, 448. *H.* 20, 82, 413, 429. *Θ.* 551. *Λ.* 196. *N.* 657. *O.* 169, 237. *Σ.* 270. *Υ.* 216. *Φ.* 128, 515. *Ω.* 27, 143, 383. Od. *A.* 2. *Λ.* 86. *P.* 293.
24) ἄστυ μέγα Il. *B.* 332, 803. *Z.* 392. *H.* 296. *I.* 236, 278. *Π.* 448. *P.* 160. *Φ.* 309. *X.* 251. Od. *Γ.* 107.
25) ἐρατεινή. Il. *E.* 210.
26) εὔδμητος, εὐναιομένη, εὐκτιμένη Il. *A.* 164. *B.* 133. *Δ.* 33. *E.* 489. *Θ.* 288. *I.* 402. *N.* 380, 815. *Φ.* 433, 516.
27) ἐϋκτιμένας ἀγυιὰς commemorat Il. *Z.* 391. urbs εὐρυά-

Iam vero haud ſolum natura haec urbs munita, et loco ac ſitu ei conſultum erat, verum etiam ars manuumque ſolertium induſtria eius ſaluti proſpexerat. Valida enim moenia et ingentia propugnacula ab Apolline, ut fama ferebat, et Neptuno olim condita [28]), quorum altitudo et latitudo et firmitas [29]), quae turribus interpoſitis [30]) adaugebatur, inclaruit, eam cinxerunt.

E portarum numero, per quas introitus in urbem fiebat, caeterum altas et bene ſtructas [31]), quae ad caſtra Graecorum [32]) naviumque ſtationem et Helleſpontum duxit, Scaeva [33]) dicebatur, atque ex alta turri, qua munita erat, ipſi ſuperſtructa [34]) ab hoſtium aggreſſione potuit defendi.

---

γυια dicitur Il. *Β*. 12, 29, 141, 329. *Ι*. 28. *Ξ*. 88. Od. *Δ*. 246. *Χ*. 230.

28) Il. *Η*. 452. *Θ*. 519.

29) Il. *Α*. 129. *Β*. 113, 288. *Δ*. 34. *Ε*. 716. *Ζ*. 327. *Θ*. 241. *Ι*. 20. *Λ*. 181. *Π*. 397, 702. *Φ*. 277, 447, 516. *Χ*. 507. Od. *Ξ*. 472.

30) Il. *Γ*. 153, 384, 386. *Ζ*. 373, 386, 431. *Η*. 71, 338. *Θ*. 519. *Π*. 700, 712. *Σ*. 274, 278, 452. *Φ*. 212, 526. *Χ*. 97, 195, 447, 462. *Ω*. 735.

31) Il. *Β*. 809. *Ε*. 466. *Θ*. 58. *Π*. 698. *Φ*. 544. *Χ*. 194, 507.

32) Per eam enim, qui campum petunt, abeunt, et inde redeuntes urbem intrant, v. c. Il. *Ζ*. 393. *Π*. 712. *Χ*. 3. etc.

33) *Σκαιαὶ πύλαι* Il. *Γ*. 145, 149, 263. *Ζ*. 237, 307, 393. *Ι*. 354. *Λ*. 170. *Π*. 712. *Σ*. 253, 453. *Φ*. 212. *Χ*. 6, 360. Eadem intelligenda eſt *Ζ*. 80. et *Η*. 1.

34) Il. *Γ*. 153 ſq. 384. *Ζ*. 373, 386. *Φ*. 526. *Χ*. 447, 462. *Ω*. 735.

*Δαρδάνιαι πύλαι*, quae Il. *Ε*. 789. *Χ*. 194, 413. commemorantur, a Dammio Lex. Hom. p. 3020. perperam verſus orientem collocantur, rectius ſtatuit Heyne ad Lech. p. 177 ſq. not. haud vero reputans, iam inde, quod *Σκαιαὶ* dicantur, praeter has de aliis cogitari debere, non enim puto reperiri poſſe, qui vel Euſtathii ad Hom. Il. Vol. I. p. 394. Ed. Rom. 1550. expli-

## Ἴδη. Ἰδαῖα ὄρη.

Haud procul ab urbe ſurrexit *Ida* [35]) mons ſive verius continua montium ſeries [36]) alta [37]) et ſilvoſa [38]), quam aeſculis [39]) et abietibus [40]) atque fruticetis [41]) conſitam, paſcuis virentem [42]), innumeris irrigatam fontibus [43]) et multis ſinuatam convallibus [44]) tanta oberrabat ferarum copia, ut ferax ferarum et parens diceretur [45]). E variis eius cacuminibus [46]) praeter reliqua duo [47]) prominuerunt Gargari [48]) et Lecti [49]) nominibus inſignita, in quorum illius, quod priori poſitum eſt loco, alti imo altiſſimi [50]) faſtigio Iovi

---

candi rationem primam et tertiam, vel Baldi in Lex. Vitruv. p. 104, Vitruv. I. 5. reſpicientis, praeferat illi, quam Euſtathius ſecundo loco poſuit, qua Siniſtra ſ. Scaeva ob ſitum, quippe quae occidentem verſus exſtructa fuerit, appellata fuiſſe putatur. De qua vero re alibi.

35) Ἴδη Il. *B*. 821. *Γ*. 276, 320. *Δ*. 475. *H*. 202. *Θ*. 47, 75, 207, 397, 438. *Λ*. 105, 112, 183. *N*. 13. *Ξ*. 157, 162, 283, 287, 293, 307, 332. *O*. 146, 151, 255. *P*. 594. *Υ*. 59, 91. *Φ*. 449. 559. *X*. 171. *Ψ*. 117. *Ω*. 308.

36) Ἰδαῖα ὄρη. Il. *Θ*. 170, 410. *Λ*. 196. *M*. 19, 253. *O*. 79, 169, 237. *Π*. 677. *Υ*. 189.

37) ὑψηλή. Il. *Ξ*. 293.

38) ὕλη commemoratur Il. *Ξ*. 295. ὑλήεσσα vocatur Il. *Φ*. 449.

39) Il. *Ψ*. 118 ſqq.

40) Il. *Ξ*. 287 ſqq.

41) ῥωπήϊα Il. *Φ*. 559. (πυκνά) *Ψ*. 122. occurrunt.

42) Il. *B*. 821. *E*. 313. *Λ*. 106. *Υ*. 91. *Φ*. 448 ſq.

43) πολυπίδακα Il. *Θ*. 47. *Ξ*. 157, 283, 307. *O*. 151. *Υ*. 59, 218. *Ψ*. 117. πιδήεσσαν Il. *Λ*. 183.

44) πολύπτυχον Il. *Φ*. 449. *X*. 171.

45) μήτηρ θηρῶν Il. *Θ*. 47. *Ξ*. 283. *O*. 151. *Ψ*. 117.

46) Il. *Θ*. 51. *Λ*. 153. *Ξ*. 332. *O*. 5. *X*. 171.

47) Phalarce, quod tertium addiderunt recentioris aevi ſcriptores, in carm. Hom. non commemoratur.

48) Γάργαρον. Il. *Θ*. 48. *Ξ*. 292, 352. *O*. 152.

49) Λεκτόν. Il. *Ξ*. 284.

50) ἀκροτάτη enim vocatur κορυφή. *Ξ*. 157. coll. 292. et 352.

Idaeo [51]), cui ſingularis erat ſacerdos [52]), lucus et altare erant [53]), ubi ſacra fieri ſolebant [54]). Lectum vero alterum Idae cacumen promontorii inſtar, ita, ut Tenedo inſulae e regione ſitum eſſet, in mare (Aegaeum) excurrit [55]).

## *Ποταμοί.*

Ex Ida ingens fluviorum numerus et permulti torrentes profluxerunt, neque enim Simois [56]) ſolum et Scamander [57]), verum etiam multi alii, Rheſus, Heptaporus, Careſus, Rhodius, Granicus atque Aeſepus [58]) ex ea orti delabebantur. Quorum qui tam flumine erant maximi, quam fama nominisque memoria, alter Simois prolabebatur in planitiem inter Ilium et Hellespontum expanſam, qua irrigata et diſſecta influxit in Hellespontum [59]); alter vero Scamander, etiam Xanthi [60]) nomine clarus, prope urbem [61]) e duobus, altero quidem ita calidae, ut fumus de eo ſurgeret, veluti de igne, altero verum adeo frigidae, ut inter aeſtatis calores proflueret haud ca-

51) Il. *Π.* 604 ſq. *Ω.* 290 ſq.

52) Il. *Π.* 604.

53) *τέμενος βωμός τε θυήεις* Il. *Θ.* 48.

54) l. l. et *X.* 170 ſq.

55) Il. *Ξ.* 281 ſqq.

Caeterum Il. *B.* 821. *Λ.* 105. *Φ.* 449, 559. *Ψ.* 117. *κνημοί*, et *Ξ.* 307. *πρυμνώρεια* Idae occurrunt.

56) *Σιμόεις* Il. *Δ.* 475. *E.* 774, 777. *Z.* 4. *M.* 22. *Υ.* 53. *Φ.* 307.

57) *Σκάμανδρος* Il. *E.* 36, 774. *H.* 329. *Λ.* 499. *M.* 21. *Υ.* 74. *Φ.* 124, 223, 305, 603. *X.* 148.

58) *Ῥῆσος. Ἑπτάπορος. Κάρησος. Ῥοδίος. Γρήνικος. Αἴσηπος.* *M* 19 ſqq.

59) cf. not. 67. 68.

60) *Ξάνθος* Il. *Z.* 4. *Θ.* 560. *Ξ.* 434. *Υ.* 74. *Φ.* 2, 15, 146, 332, 337, 383. *Ω.* 693.

61) Il. *X.* 144 ſqq.

lidior quam nix, grando et glacies, fontibus scaturiebat [62]). Huc ante bellum exitiosum Troades ire solebant lotum [63]), ideoque ad hos fontes pelves e saxis lapidibusque, celebratae amplitudinis et pulchritudinis, erant exstructae [64]). Hinc igitur ortus Scamander a sinistro latere [65]) pariter atque Simois ille a dextro campum secans, haud ita multo interiecto a mari spatio [66]), cum Simoente commiscere coepit undas [67]) et communi provolvens alveo in Hellespontum demisit [68]). Flumen [69]) eius magnum [70]) quidem et pulchrum [71]), profundum [72]) vero et altis periculosum vorticibus [73]) atque interdum turgescens [74]) inter ripas altas [75]) et amoenas [76]), floribus herbis-

---

62) ib. 146—152.

63) ib. 154—156.

64) ib. 152—154.

Caeterum de Hectoris et Achillis cursu fuse exponere non est huius loci.

65) Il. *Λ*. 498 sq. *Z*. 4.

66) cfr. not. 123.

67) Il. *E*. 774. *Φ*. 308 sqq.

68) Il. *Φ*. 125, 219.

69) Pisces Il. *Φ*. 203, 353.

70) *μέγας* enim *ποταμὸς* vocatur Il. *Υ*. 73. *Φ*. 192, 282, 329. et *δεινὸς* *Φ*. 25. *εὐρυρέων* *Φ*. 304.

71) Sc. enim *ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο* nomine celebratur Il. *Ξ*. 433. *Φ*. 1. *Ω*. 692. *ἐΰῤῥοος* dicitur *H*. 329. *Φ*. 130, et *ἀγλαὸν* ei tribuitur *ὕδωρ* *Φ*. 345.

72) *βαθύῤῥοος* Il. *Φ*. 8. audit idem et

73) *δινήεις* Il. *Θ*. 490. *Ξ*. 434. *Φ*. 2, 125, 206, 332. *X*. 148. *Ω*. 693. *βαθυδίνης* *Υ*. 73. *Φ*. 212, 228, 329. *βαθυδινήεις* *Φ*. 15, 603. *ἀργυροδίνης* *Φ*. 8, 130. Praeterea *δίνας* in eo fuisse probant Il. *Φ*. 11, 246. et τὸ, *βαθέης δ' ἐκ φθέγξατο δίνης* *Φ*. 213. uti τὸ, *κρύπτων ἐν δίνῃσι βαθείῃσιν μεγάλῃσιν* *Φ*. 239.

74) Il. *Φ*. 234 sqq.

75) *ἠϊόεις* Il. *E*. 36. dicitur; tribuuntur ei *αἰπὰ ῥέεθρα* *Φ*. 9, 26, et

76) *ἐρατεινά*. *Φ*. 218. *καλά*. *Φ*. 244, 352, 354, 361, 382.

que [77]) et propinquo campo triticum ſerente [78]), ornatas, fruticibus virentes [79]), et arboribus ſeptas [80]), delabebatur, atque ab accolis Xanthus ita auguſtus habebatur, ut Dei nomine exiſtimarent dignum, et divino eum proſequerentur cultu atque honore [81]).

## Πεδίον [82]).

Quam inde ab urbe usque ad Hellespontum porrectam planitiem hi duo fluvii diſſecabant et irrigabant, ea campus Troicus [83]) ſive Troum [84]) vocabatur; caeterum herbis virens floribusque [85]), et tamaricibus aliisque fruticibus conſperſa [86]), nonnusquam vero etiam arenoſa [87]) et paluſtris [88]) fuiſſe videtur.

---

77) *Φ*. 351, praeterea *B*. 467. campus ad eius ripam expanſus ἀνθεμόεις vocatur.

78) *Φ*. 602.

79) *Φ*. 18, 350.

80) *Φ*. 242, 338.

81) Διϊπετὴς quidem huc vocari nequit *Φ*. 326. at vero prodit ex aliis rebus, quae de eo praedicantur. *Φ*. 2. a Iove genitus appellatur, *Y*. 40. et 74. in Deorum concione verſatur, *Φ*. 131. ſacra ei facta eſſe leguntur, et *E*. 177 ſq. eius ſacerdos commemoratur; *Φ*. 380. increpat Iuno Vulcanum, qui eum, ἀθάνατον θεόν, hominum ergo urgebat.

82) Saepiſſime legitur Il. *B*. 473, 785, 801, 812. *Γ*. 133, 252, 263. *Z*. 2, 38, 71. *H*. 66, 167. *Λ*. 152, 172, 496, 836. *N*. 820. *Ξ*. 145. (εὐρύ). *O*. 9, 739. *Π*. 79, 96, 749. *P*. 621. *Σ*. 263. *Y*. 156, 217. *Φ*. 217, 343, 345, 348, 404, 541, 602. *X*. 26, 198, 456. *Ω*. 329, 332, 401. Od. *Γ*. 260. *Λ*. 513.

83) Τρωϊκὸν π. Il. *K*. 21. *Ψ*. 464.

84) Τρώων π. Il. *Λ*. 836. *O*. 739. Od. *Λ*. 513.

85) Il. *B*. 776. et not. 77.

86) cfr. l. l. not. 79. 80. et Il. *Z*. 39. *K*. 466 ſq. *Φ*. 18. Od. *Ξ*. 473.

87) Il. (*E*. 587.) *Φ*. 202. *Ψ*. 15, 853.

88) Il. *K*. 467. *Ω*. 451. Od. *Ξ*. 474.

Haud procul a moenibus Iliacus campus [89] [90]; regio ultra Scamandrum prope Hellespontum campus Scamandrius vocabatur [91].

Φ η γ ό ς.

In hac planitie urbi proxima ante portam Scaevam [92] fagus [93] viruit, Iovi ſacra [94], alta [95], atque pulchra [96].

Ἐ ρ ι ν ε ό ς.

Prope abfuit caprificus [97] vento obnoxia [98], unde in urbis moenia incurſandi in reliqua munimen-

89) πεδίον Ἰλήϊον (cfr. Schol. Crates Ἰδήϊον emendare voluit. Inepte!) Il. Φ. 558.

90) Niſi omnis omnino planities alibi Τρωϊκὸν π. dicta (vide not. 83.) h. v. intelligenda eſt, πόλιος πεδίονδε enim Φ. 563, verſus Hellespontum ſitum, κατ᾽ ἐξοχὴν ſic dictum, abire debuit huc tendens.

91) Λειμὼν Σκαμάνδριος Il. Β. 467. πεδίον Σκαμάνδριον ib. 465.

Praeterea haec campi pars intelligenda eſt, quamquam ſimplici voce πεδίον indicata, in his locis, Il. Π. 337, 436. Κ. 160, 344. Λ. 56. Ξ. 147. Ο. 9. Σ. 7, 256. Φ. 247, 300. Ψ. 359, 372, 449, 461, 475.

De alga in hac regione creſcente cfr. Il. Κ. 467. et Ω. 451. Caeterum vide, quae infra de hac campi regione dicuntur.

92) Coniungitur enim cum hac porta Il. Ζ. 237. Ι. 354. Λ. 170.

93) ſive aeſculus, φηγός. Il. Ε. 693. Ζ. 237. Π. 22, 60. Ι. 354. Λ. 170. Φ. 549.

94) Διὸς φηγός. Il. Ε. 693. Π. 60.

95) ὑψηλή. Il. Π. 60.

96) περικαλλής. Il. Ε. 693.

97) ἐρινεός. Il. Ζ. 433. Λ. 167. Χ. 145. *)

98) ἠνεμόεις. Il. Χ. 145.

*) Heyne Comment. Soc. Reg. Gotting. Vol. VI. p. 149. Lechevalier ed. Lenz. p. 59. et Lenz ad Choiſ. p. 222. Heyne ad Lech. p. 261. et ſaepius de ſingula arbore cogitant; Strabo XIII. p. 598. C. vero et Choiſ. p. 52. et Voſſ. (I. H.) collem

torum firmitate, atque ea oppugnandi difficultate optima loci erat opportunitas Graecis, qui, antequam Patroclus incursare conaretur, ter quidem, frustra tamen huc aggressi suisse leguntur [99]).

Σκοπιή. Πριάμου ἀλωή.

Haud procul inde specula [100]) fuit, et propter urbem Priami hortus [101]).

Βατίεια.

Hinc dextrorsum aliquanto remotior ab urbe collis quidam Batiea dictus sive tumulus Myrinae [102]) paullum e planitie editus et undequaque viam admittens fuit exaggeratus [103]).

Ἴλου σῆμα.

Quo quidem praetervecto alius collis, Ili tumulus [104]), ex urbe Hellespontum petenti prope viam [105]) situs, haud procul a Scamandro [106]) excitatus, imposito conspicuus cippo [107]), prominuit.

---

99) Il. Z. 433 sqq.
100) Il. X. 145. παρὰ σκοπιὴν καὶ ἐρινεὸν ἠνεμόεντα.
101) Πριάμοιο — ἀλωή. Il. Φ. 36. coll. 34.
102) Il. B. 813. Βατίεια. ib. 814. σῆμα — Μυρίνης.
103) l. l. v. 811—814.
104) σῆμα Ἴλου Il. K. 415. Λ. 166. Ω. 349. τύμβος Λ. 371.
105) Il. Λ. 166. Ω. 349.
106) Il. K. 415. Ω. 349 sqq.
107) στήλη Il. Λ. 371.

intelligunt caprificis obsitum. In Hom. autem carminibus Il. Φ. 37. Od. M. 103, 432. h. v. arborem caprificum indicat, quapropter, quanquam ἠνεμόεις nusquam de arbore, si recte memini, sed ubique de loco edito adhibetur, sive de clivo, sive de urbe in clivo condita, cfr. Od. Γ. 172. I. 400. Π. 365. atque, ne locos de Ilio repetam, Il. B. 606. et (πτύχες Od. T. 432; tamen locum X. 145. inconcinnum iudicare, quam tantum ab usu, nisi fallor, non solum Homerico, sed omni recedere, ut collem sumam, malo.

*Τύμβος Αἰσυήταο*[108]).

In regione vicina Aeſyetae tumulus, unde conſpici potuerunt Graecorum caſtra, quapropter etiam ſpeculae loco Troianis erat huc mittentibus, qui de coeptis illorum adferrent nuntium, fuit ſuggeſtus[109]).

*Θρωσμὸς πεδίοιο*[110]).

Remotior ab urbe, quam Ili tumulus[111]), et Helleſponto propinquior[112]), atque Ilio huc euntibus ſive contra illuc reducibus praetereundus clivus ultra Scamandrum aſſurrexit.

*Τεῖχος Ἡρακλῆος*[113]).

Hinc ſiniſtrorſum ſpectanti[114]) alta Herculis moenia, quae Minerva olim et Troes fecerant, ut Herculem, ipſos a monſtro quodam marino, quod Neptunus immiſit, liberaturum, ab huius impetu ſervarent, conſpiciebantur[115]).

*Καλλικολώνη*[116]).

E regione, ad Simoentem, clivus fuit ab amoenitate nomen adeptus, cui contigua fuit

---

108) Il. *B.* 793. 109) ibid. 792—795. 110) Il. *K.* 160.

111) Il *Λ.* 90. coll. 56. hinc cedunt Troiani 159. *φεύγοντες* urbemque petentes 168. praetereunt Ili tumulum.

112) Il. *K.* 160. pervigilant ibi Troiani ita, ut *ὀλίγος* tantum *χῶρος* 161. a navibus eos ſeiungat, *ἄγχι νεῶν* ſive *I.* 76. *ἐγγύθι νεῶν* ſ. *ἐγγύς* ib. 232. et *K.* 221. poſtquam ad naves progreſſi erant *Θ.* 179. coll. 336. Verſantur Troes ibidem *Υ.* 3, et deinde ab Achille fugati recedunt atque urbem verſus fugientes ad Scamandrum perveniunt *Φ.* 1. Inde patet, opinor, nonnullos recentiorum eum male collocaſſe.

113) Il. *Υ.* 145.

114) E regione enim ſita fuit *τῇ Καλλικολώνῃ* ad Simoentem ſurgenti. vid. ſeq.

115) Il. *Υ.* 146—148.

116) ibid. 53, 151. coll. anteced. et ſqq.

Θύμβρη [117]),

vallis, e qua verſus Hellespontum pergentibus proxime ad mare porrigebatur promontorium [118]) alterum eorum, intra quae quicquid erat campi naves et tentoria Graecorum cohibuit [119]). Ibi Aiacis Telamonii naves pariter atque in altero promontorio [120]) Achillis cum Myrmidonum navibus [121]) fuiſſe dicuntur [122]).

Ad oſtia enim Scamandri et Simoentis, communi, ut vidimus, in mare exeuntium alveo, caſtra metati erant Graeci, ita quidem, ut Scamander, per transverſum delabens, vado aliquo pervius [123]) haud ita procul ante caſtra flueret, et naves, ex mari in terram ſubductas, propter anguſtum litoris ſpatium in planitiem protraxerint [124]) atque inter eas ad mare [125]) diſpoſitas tentoria exſtruxerint [126]).

---

117) Il. *K*. 430. Situs huius vallis colligi poteſt e *K*. 428. coll. 430. *verſus* mare Cares — *verſus* Thymbram Lycii.

118) ἄκρη Il. *Ξ*. 36.

119) Il. *Ξ*. 35 ſq.

120) Il. *Ξ*. 36. ἄκρη. Od. *Ω*. 82. ἀκτῇ ἔπι προὐχούσῃ.

121) v. c. Il. *Α*. 327. *Ι*. 182. *Σ*. 697. *Τ*. 40. *Ψ*. 159. *Ω*. 12, 449 etc.

122) Il. (*Θ*. 224.) *Λ*. 7.

123) πόρος enim commemoratur Il. *Ξ*. 433. *Φ*. 1. *Ω*. 692. (*Ω*. 349. ſubintelligendus eſt.)

124) Il. *Ξ*. 30—36. cfr. *Α*. 141, 485 ſq. *Δ*. 247. *Ω*. 443.

125) Il. *Λ*. 666. *Σ*. 68 ſq. 294.

126) Il. *Λ*. 803. *Ν*. 143 ſq. etc. *)

Qui caſtra Graecorum accuratius cognoſcere cupit, adeat praeter Bryanti et Heynii commentationes, quae diſſeruerunt Müller p. 132 ſqq. et Lenz p. 183—211. ad edit. Chois., et librum „*Militäriſche Monatsſchrift*" inſcriptum, 86. V.

*) ad not. 121. 124. 125. 126.
Caeterum ingens eſt numerus locorum, quos, niſi hoc negotii alienum putarim ab hoc loco, quatuor hisce adnotationibus adiicere potuiſſem, hic vero eos recenſere mora eſt.

Munita erant haec caſtra contra aggreſſiones Troianorum muro [127]) ad tumulum Graecorum occiſorum communem [128]) (*πολυάνδριον*) exſtructo, ante quem foſſa fuit ampla atque profunda [129]), cippis vallisque ſepta [130]), per quam aggeres, ſed unius tantum currus capaces [131]), ad portas duxerunt, per quas caſtra e campo petentes debuerunt intrare [132]).

Ibi Aiax [133]) et Antilochus [134]) in ſepulchris conditi ſunt, atque ad litus Hellesponti [135]) Achillis et Patrocli oſſa, tumulo a Graecis ſuperſtitibus exaggerato, teguntur.

---

Haec fere ſunt, quae de agro Troiano in carminibus Homericis reperiantur, quae quidem nos maiori nonnunquam cura, quam ab aliis factum eſſe animadvertimus, uti nobis certe videtur, collecta, et ad imaginis continuaeve adumbrationis formam revocantes, quum mollioribus numeris explere ſententias, et ornatius uberiusque dicere de hac re noluerimus, ne, aut aliena admiſcuiſſe, aut dicta ad noſtram mentem detorſiſſe videremur, verentes, ſummatim breviterque, Homerica verba preſſe ſequentes

---

127) Il. *I.* 356. *M.* 12, 36, 137, 223, 257, 388, 440. *Ξ.* 32, 55, 66. *Π.* 397. *Ω.* 443, 681 etc. vide, quae ad not. 121, 124, et ſq. monuimus.

128) Il. *H.* 336, 445. τυτθὸν ἀπόπρο νεῶν ib. 334.

129) Il. *H.* 435. *Θ.* 343. *I.* 67, 168, 215, 350. *K.* 191, 464. *Λ.* 48, 52. *M.* 48, 58 ſq. 72, 455. *Ξ.* 66. *P.* 760. adde *M.* 53, 440. *Σ.* 228.

130 Il *Θ.* 343, *I.* 67. *M.* 55, 63, 441.

131) Il. *K.* 564. *M.* 41.

132) Il. *I.* 80, 85. *M.* 127, 223, 386, 453. *Ω.* 446, 681.

133) Od. *Γ.* 109.

134) Od. ibid. 111 ſq.

135) Il. *Ψ.* 125. ἐπ' ἀκτῆς. Od. *Ω.* 82. ἀκτῇ ἔπι προὐχούσῃ.

dicere, atque idcirco angusta et concisa, interdum quoque horridula oratione uti, quam propter delectationis aucupium et quadrandae orationis industriam in illam criminationem incurrere, satius duximus.

Cognitis vero et recensitis, quae ad imaginem agri illius Homericam repraesentandam facere possunt, iam aggrediamur quaestionem, qua, an constet sibi, neque lateat in ea, quod aliis locis adversetur, indagemus.

Iam quidem postquam a *Wolfio* V. S. in Prolegomenis notatus erat locus Iliadis *N*. 658, pugnans cum Il. *E*. 576—579. coll. *B*. 821. et *N*. 643—661, quippe quum idem Pylaemenes bis cadat, in Iliade, (nam de Odyssea alia est quaestio, de qua et *Koësii* commentatio nota est, et nosmet ipsi alibi, si veniam impetrarimus, nonnulla proferemus,) reperiri posse, quae secum pugnent, apparuit [136]).

Quibus quidem quamvis omnes accensere dubitem locos, ubi cognomines eiusdem gentis viri occiduntur, uti *Θόων* Il. *E*. 152. occisus *Λ*. 422. quum, qui *M*. 140. *N*. 545. commemoratur, alius esse possit, quippe de quo, quo parente genitus fuerit, non indicetur; et *Χρομίος* *E*. 677, quum qui *P*. 218. cadit, dux dicatur, ille non; et *Ἔχεκλος* *Π*. 694. *Υ*. 474, quum posterior Agenoris filius dicatur, de illo genus reticeatur; et *Ἐρύμας*. *Π*. 345—350. coll. *Π*. 415; et *Μελάνιππος* *Θ*. 276. *Π*. 695. coll. *O*. 546—591, neque adeo, ne plures huius generis congeram locos, in eo morosus haerere velim, quod *Ἔννομος* Il. *B*. 858. laudatus, qui in Scamandro ab Achille interfectus esse dicitur, nisi egregie

---

136) De veterum *ἀπορίαις* vix est, quod moneamus, omnes fere alius esse generis, atque, ut corruptas eo consilio voces taceam, leviusculi plerumque esse momenti.

fallor, in Il. *Φ.* non reperitur: illos tamen locos, ubi, ſit autem ſaepenumero, alii commemorantur duces, quam qui in Catalogo enumerantur [137]), et prae reliquis de Schedio et Megete qui agunt, adnumerandos eſſe, eosque haud eſſe nullius ponderis, opinor.

In recenſione enim copiarum *Phocenſium Schedius*, Iphiti filius, atque Epiſtrophus frater ſoli duces enumerantur, quorum ille *P.* 307. cadit, nihilo vero ſecius *Schedius* quidam, quamquam Perimedis filius, dux Phocenſium occiditur *O.* 515. At vero, quum argutandi hic relicta ſit occaſio (cfr. Schol. Vill. p. 75.), ſtatim alium eumque graviorem annectamus. Commemoratur enim *Meges* quidam *O.* 302, *Phylei* filius, *E.* 72. *K.* 175. *Π.* 313. *T.* 239, quem ex *B.* 627. *Dulichiorum* copias duxiſſe comperimus, idem vero *Meges*, *Phylei filius*, *N.* 692. et *O.* 519 ſq. 528. *Epeorum dux* nominatur.

Quod profecto eſt e *προβλημάτων* difficillimorum numero, neque facili, opinor, negotio *λύσιν* vel argutando poteris expiſcari.

Et quoniam coepi cumulatius hunc recenſum augere, quam propoſitum erat, ne nunc quidem in iis acquieſcam, ſed etiam nonnullos locos inſuper addam.

De pulchritudine filiarum Priami qui loci videntur eſſe controverſi *Γ.* 144. *N.* 365, ii iam veterum *λυτικῶν* ſtudio, quantum fieri poteſt, exemti ſunt *ἀποϱημάτων* numero. Secus ſtatuendum eſt de loco Od. *Ω.* 17 ſq. Ibi Aiax Telamonius pulcherrimus omnium Graecorum Ilium oppugnantium prae-

---

137) Quamquam non interfectis prioribus, uti Iaſus *N.* 337. Athenienſium dux, quamquam *B.* 552. ſolus Meneſtheus nominatur, et Phidas, Bias, atque Stichius, qui *N.* 691, hic etiam *O.* 329 ſqq. adiiciuntur; deinde Euphemus *B.* 846. Ciconum dux, *P.* 73. vero Mentes; porro Dracius et Amphion, Epeorum duces, nonniſi *N.* 692. nominantur.

ter Achillem fuiſſe dicitur, quamquam Nireus Il. *B.* 673 ſq. eodem nomine et eadem cauſa celebratur. At vero, quum non ſolum haec Aiacis inſignis ob egregiam corporis formam laudatio et concelebratio Od. *Λ.* 469 ſq. repetatur, unde vero non eſt, quod petere poſſis huic loco praeſidium, quoniam ipſe aliquo tutore indiget, verum etiam, quod gravius eſt, illum locum, qui hisce adverſatur (Il. *B.* 673 ſq. dico), (*ἠθέτηκε Ζηνόδοτος*, cfr. Schol. Ven. ad h. l.) ſpurium eſſe iudicaverit Zenodotus, nolo in eo commorari.

Idem valet de omnibus Iliadis locis, qui cum alio quodam Odyſſeae pugnant, quos, quum vel in *Geographia Graecorum fabuloſa*, ſi quando, diu adhuc premendam, in lucem emittere licuerit, vel *alibi* eorum reperiamus recenſendorum occaſionem, diſplicet hic longa ſerie enumerare. Miſſis igitur hisce, et eodem modo iis locis, ubi aut rediiſſe in Olympum aut inde adveniſſe dicuntur Dii, licet illic non de exitu, hic non de reditu ſermo fuerit, v. c. Il. *E.* 418. coll. 35 ſq., *Θ.* 30 ſqq. *Λ.* 75, coll. *K.* 507. et 515. de Apolline idem valet, nonniſi tres proferamus cauſas, quae, quicquid obloquantur *λυτικοί*, multum diſcrepantiae continent, in quibus etiam, quantumvis illi impendant operae, haud minimum difficultatis remanere videtur.

In promtu eſt, Aiacem (Il. *B.* 768.) praeter Achillem fortiſſimum fuiſſe omnium Graecorum (*μέγ' ἄριστον*), nihilo minus vero Agamemno *Λ.* 288. *ἄριστος ἀνὴρ* dicitur, quod quidem eo, quod ib. 91—266. tanta virtute excellit, ut ad urbem usque fugiant Troiani, atque ipſe cedere debeat Hector, (ſero enim ob Iovis voluntatem Agamemnonis impetum veretur 186—210. coll. 284 ſqq.) atque vulnerato Agamemnone fugantur a Troianis Graeci, licet praeſentibus Diomede, Aiace aliisque, qui paullulum modo, et

fero demum, aciem Graecorum inclinatam reſtituere poſſunt, profecto habet, quibus confirmetur. Contra Diomedes non ſolum *E.* 104. *Θ.* 194. *K.* 539. ἄριστος appellatur Graecorum, verum etiam ita praeſtat, ut ne immortales quidem vereatur, et Venerem vulneret, Apollinem adoriatur, ipſum adeo Martem, annuente Minerva, perſodiat *E.* 144—159. atque omnino Troianos adeo urgeat, ut tum omnia in eius virtute (uti in Neſtoris prudentia) poſita eſſe cenſeat Hector *Θ.* 194, tum vota contra eius fortitudinem facienda eſſe exiſtiment Troianorum principes *Z.* 75 102. cfr. 237—311.

Quae quidem eo acrius ſunt notanda, quo arctius cum ἀριστείαις, de quibus egregia eſt *Wolfii* V. S. obſervatio Proleg. p. 127., cohaerent [138]).

Deinde Diomedes thorace ornatus eſſe dicitur, quem ipſe confecerit Vulcanus, Il. *Θ.* 194 ſqq.; idem vero arma omnia cum Glauci, Lycii, armis *Z.* 230, 235 ſq. *vilia* quidem cum caris et ſplendidis commutaverat.

Quum indicari ſoleat, quando quis aliena arma induit, v. c. *K.* 15. 219. *Ξ.* 10, neque Glauci arma a Vulcano confecta fuiſſe usquam proditum ſit, neque Diomedes alio die aliis ſe ornaſſe dicatur armis, haec λύειν plane nequeo. Denique Diomedes vulneratur Il. *Ξ.* 28 ſq. coll. *Λ.* 366. a Paride ita, ut ſagitta, pede perfoſſo, in terram defigatur. Saucius hortatur Graecos *Ξ.* 129 ſqq., *claudicans* concioni adeſt *T.* 47, ſecundo vero abhinc die in ludis funebribus bis certat, nec infelici ſucceſſu, *Ψ.* 290, 357, 499, 812.

---

138) Finita enim ἀριστείᾳ noli negligere quantum diſtét eiusdem virtus a priori; quantum v. c. diſtat hic Diomedes *H.* 92—182. ab illo!

Idem quodammodo valet de Ulyffe atque Agamemnone.

Iam vero, ne nimium exfpatiemur, his enumeratis, facilius, quam antea fieri potuit, reperiri poffe opinor, qui in aliis quoque rebus latere concedant, quae fibi adverfentur. Ex quibus quum *agrum Troianum* confiderandum nobis fumferimus, age iam videamus, ecquid in illius adumbratione eum, qui fedulo ac diligenter perluftret, offendere poffit.

Ac primum quidem, quum, quamquam alio refpectu non eft praetermittendum, tum Scamandrum nonnifi inde a rhapf. Σ quafi augeri atque amplificari, quum hinc demum incipiat magnus praedicari et ingens, cfr. not. 70., tum σκοπιὴν (quam quo loco collocemus, quidve fit, nefcimus,) nonnifi Il. X. 145. commemorari, et alia nonnulla urgere nolimus, de loco fituque urbis in quae incidimus proferamus.

Quod igitur *Ilii locum fitumque* attinet, fupra vidimus (not. 8.), in clivo hanc urbem fuiffe exftructam, nihilo vero minus locus Il. Υ. 216. (ἐν πεδίῳ) in planitie eam conditam fuiffe prodit.

Heyne quidem ad Lechev. p. 260. not. z. hanc urbem ibi Dardaniae, in loco altiori fitae, opponi et hoc refpectu locum ipfi in planitie affignari potuiffe monuit; idem vero non reputavit, adverfari locum *M.* 21, ubi Scamander, qui fecundum l. X. 144 fq. prope urbem oritur, ex Ida delabi dicitur, quod nos eo adigit, ut, aut Scamandrum in planitie oriri, aut urbem Idae radicibus impofitam fuiffe putare debeamus. Ex his, quum alterutrum eligendum fit, hoc praeferimus, urbem in radicibus Idae, five in colle cum hisce cohaerente conditam fuiffe, quod locis not. 8. laud. confirmatur; hoc autem modo locus Il. Υ. faltem inconcinnus effe videtur.

Sequitur alius locus Il. Ω. 700.

Priamum et praeconem Hectoris exanimatum cor-

pus, ab Achille redemtum, adducentes nemo prior conſpexit Caſſandra, notiſſima illa Priami filia, quae eo conſilio mane aſcenderat Pergamum, ſuperiorem urbis partem (Πέργαμον εἰσαναβᾶσα).

At vero, ſi quaeſiveris, ubinam habitarit, et undenam Pergamum aſcenderit, Caſſandram eandem, Priami filiam, patris palatium habitaſſe Z. 243—250, hoc vero prope Hectoris Paridisque, filiorum, aedes, in ipſa altiſſima illa Ilii regione, Pergamum dico, (cfr. not. 18. 19. 20. 21.) exſtructum fuiſſe videbis [139]), quae quidem, niſi alterutrum locum ſpuriae originis ſuſpicione notare volueris, non poteris explanare.

Iam vero, poſtquam locos de ſitu urbis controverſos enumeravimus, ſi venia datur, magnitudinem et amplitudinem urbis, ſive ambitum Ilii accuratius conſiderare lubet, quem, quod iam ſupra docuimus (cfr. not. 24.), magnum fuiſſe conſtat, atque tum ex omni omnino urbis amplitudine colligi poteſt, tum e loco Il. Z. 390—393. (ἐΰκτιμένας κατ' ἀγυιάς — διερχόμενος μέγα ἄστυ) apparet, Pergamum, ubi Deorum templa, et, quod modo oſtendimus, Priami Paridisque et Hectoris palatia erant, a porta Scaeva procul abſuiſſe. Quae quum ita ſint, vehementer miramur, Andromachen, Hectoris uxorem, in palatio mariti texentem (X. 437—446.) Hecubae ex turri Scaevae portae impoſita eiulantis vocem percepiſſe, (nolumus id urgere, ſi ita argutari licet, tumultum clamoremque militum per portas (Φ extr. X init.) in urbem irruentium atque ſe recipientium in moenia eam non

---

139) Adverſari quidem videntur huic ſententiae Il. Z. 296. et 297, et idem, quod Il. Ω. 700. declaraverat, confirmare; ibi vero non de aſcenſu in arcem, ſed de introitu templi in arce, in eadem igitur regione ſiti, paullulum vero diſtantis ab aedibus Priami, ſermo eſt.

audiiſſe, unius vero matronae eiulatum,) cuius quidem loci auctoris animo plane alia obverſaretur neceſſe eſt, quam illa, quam intuens in eaque defixus illorum locorum auctor ea quae commemoravimus cecinit, urbis imago.

Relicta urbe, oculos in ſe convertit *fagus,* quae quidem quamvis raro occurrat, tamen diverſis locis collocatur, aut certe collocari videtur.

Agenor enim, cui Apollo adſtat, (*πὰρ δέ οἱ αὐτὸς ἔστη*, Φ. 547 ſq.) *φηγῷ κεκλιμένος* (Φ. 549.) Achillem, quem ante urbem exſpectare voluit (ib. 567.) conſpiciens (ib. 580.), fugere atque alio tendere cupiens, incertus perpendit animo, utrum fugiat inde (a fago) eo, quo alios ſe recipere videt, (554.) ibi vero, ne ab Achille interficiatur, timet, (553—556.) an alio a moenibus verſus planitiem fugiat, ne in immanes Achillis manus incurrat (556—563. [140])).

Utroque modo apparet, fagum, alibi cum ipſa porta iunctam, (not. 92.) hic tantum ab ea removeri, ut inter utramque omnis exercitus Troianorum, quem fugans Achilles ſequitur, urbem verſus fugiens interponatur, qui nonniſi eo, quod, dum ſectabatur Achilles Apollinem, Agenoris formam mentitum, urbem attingere atque eo ſe recipere potuit, ſervatur.

Simili ratione ad *ἐρινεόν*, variis, ubi in carminibus Homericis commemoratur, locis comparatis, reperimus, quod nos moretur, atque denuo nos cogat *ἐνστατικοῦ* agere partes. Primus enim, quo fit eius mentio, locus Z. 433. caprificum ad moenia urbis collocat, nec niſi ad ſummum paullo remotius ponit X. 145, quum ibi Hector prope portam Scaevam Achillem exſpectans turri acclinet clypeum, appropinquantem vero conſpiciens hinc cedat X. 136, por-

---

140) *τὸ ἀπὸ τείχεος* Φ. 557. latius accipiendum eſſe X. 16. docet, ne alios congeram locos.

tasque linquens 137. ſpeculam et caprificum praetercurrens fontes Scamandri petat.

Contra plane alius et diverſus locus ei aſſignatur, ubi Troiani ab Agamemnone fugati, poſtquam ab Ili tumulo iam receſſerant Il. *Λ*. 166, per medium campum ruentes caprificum praetereunt ib. 167, urbem petentes ib. 168, neque prius ſe colligunt, quam ubi Scaevam portam et fagum attigerant.

Longe igitur abeſſe dicitur ab urbe hoc loco caprificus, quippe quum non ſolum cum medio campo iungatur, verum etiam Troiani redeuntes, ubi iam dudum *ἐρινεὸν* praeterierant, multo poſt demum ad fagum et Scaevam portam dicantur perveniſſe.

Tu vide, qui poſſis *λύσιν* reperire: equidem, praeſertim quum *ἐνστατικοῦ* munere fungar, non dubito fateri, me non videre, quonam modo haec poſſint conciliari [141]).

Itaque ad *Ili tumulum* pergamus, qui quidem loco Il. *Ω*. 349. et 351. ad Scamandrum poni videtur, in rh. *Λ*. 371. vero, quum Paris, ex acie Troiana, ſagitta inde coniecta vulneret Diomedem, tantum a Scamandro removetur, ut inter eum et fluvium illum pars pugnae, omnis ſaltem acies Graecorum, collocetur.

Deinde vero alio reſpectu habet, quod animadvertendum cenſeamus. Poſtquam enim Troiani *ultra*

---

141) Quae Schol. Vill. ad *Λ*. 166. afferunt, huc nihil lucis affundunt, ſunt autem haec: *Οὕτως λυθήσεται τὸ ἐν τῷ τόπῳ ἄπορον· καὶ Ἴλου σῆμα καὶ μέσον πεδίον, καὶ ἐρινεὸς καὶ πόλις ἐν ταὐτῷ·* (ita enim diſtinguendum eſt.) *παρέρχονται μὲν γὰρ τὸ μέσον πεδίον, ἐν ᾧ τὸ Ἴλου σῆμα· σεύονται δὲ πρὸς τὸν ἐρινεόν* (?), *ἵενται δὲ τῆς πόλεως· ὡσεὶ οὕτως ἔλεγεν* [*ὁ ποιητής*]*· οἱ δὲ διὰ μέσου πεδίου παρὰ τὸ Ἴλου μνημεῖον ἔφυγον πρὸς τὸν ἐρινεόν, σπεύδοντες τὴν πόλιν.*

Hoc eſt hallucinari, atque optare, non docere.

Scamandrum prope Graecorum castra consederant, *ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο*, Hector *recesserat* paullulum ab exercitu atque *ad Scamandri litus* Troianorum seniores in concilium vocatos congregaverat. *Θ*. 490 sq. *νόσφι νεων ἀγαγων ποταμῷ ἔπι δινήεντι Ἐν καθαρῷ, ὅθι δὴ νεκυων διεφαίνετο χωρος.*

Alio vero loco *K*. 415. ad *Ili tumulum* haec concio esse dicitur, ita, ut, nisi artificium redolere velis explicationem, Ili tumulum h. l. *ultra* Scamandrum poni fateri debeamus.

Haec autem sufficiant de hac campi regione; restat, ut de campo ultra Scamandrum, Hellesponti undis propinquo, nonnulla notemus.

Siquidem mirum videri debet, planitiem illam, quae ab urbe usque ad Scamandrum panditur, et arenosam, et palustrem, et tritici feracem, scilicet belli tempore, et fruticibus consperfam dici, quanto maiori iure miraberis, in hac campi parte, quam nunc intramus, atque eius quasi angulo, et frutices, et algam, et arenam reperiri, eandem autem floridam vocari! Haud solum enim ibi naves in arena stabant Il. *A*. 486, verum etiam ante naves arena erat (*Φ*. 202. *Ψ*. 15. 853.), ante quas alibi alga (cfr. not. 91.), et frutices (*K*. 466. *Φ*. 18.) germinasse dicuntur, ibidem igitur, ubi est, quod eam quasi obductam floribus fuisse putes Il. *B*. 467.

At vero miranti tibi aliud quoddam gravioris ponderis superveniet, locum, quo et funus amico fecerit, et in defuncti honorem certamina instituerit Achilles, consideranti.

Primum enim quaerentes, num *extra* Graecorum castra, ultra moenia et fossam in campo fuerit ille locus, partim eo offendimur et reiicimur, quod ne verbulum quidem nos monet, Achillem et Graecos exiisse per portas et ultra fossam consedisse, quod, quum Achillis quoque naves moenibus illis, supra

obiter deſcriptis, a campo Troiano ſeiunctas atque iis munitas et incluſas fuiſſe [142]), tum ex Il. Σ. 188, 215—217, 228, tum ex Ω. 443—446, 681. appareat, commemorare debuiſſet poeta; partim, quod *prope tentorium Achillis* ad litus maris (Il. Ψ. 125. Od. Ω. 82.) et Myrmidones deſleviſſe Patroclum, atque circum eius funus decurriſſe (Il. Ψ. 12—34.) (cfr. praeterea Ω. 14—17.) et combuſſiſſe eius corpus tumuloque condidiſſe (Ψ. 128 ſqq.), et certamina inſtituiſſe Achillem (ib. 258 ſqq. 564.) haud obſcure indicatur.

Quid igitur eſt, quaeris, quod dubii haereamus? *Intra* moenia fuit! Audio. Verum enimvero hoc alterum, quod cogitari poteſt, *intra* caſtra Graecorum ad ipſas naves atque inter tentoria fuiſſe locum certaminum inſtitutorum, inveſtigantes, in nonnulla incidimus, quibus hinc etiam pellamur, argumenta.

Inter naves enim atque tentoria hunc locum collocare non poteris, tum, quod anguſtius ibi erat, quam quod ad tantam hominum turbam recipiendam et ad certamina inſtituenda requirebatur, ſpatium [143]), tum quod Ψ. 365. manifeſte vetat.

Porro, ne inter naves et moenia collocemus, prohibent loci *H.* 334 ſq. 433 ſq., qui *τυτθὸν ἀπόπρο νεῶν*, et *M.* 403. Ξ. 32, qui *νηυσὶν ἔπι πρύμνῃσι*, proxime ad puppes navium, moenia exſtructa fuiſſe, neque igitur illius modi locum ibi cogitari poſſe produnt [144]).

---

142) Heyne fallitur ad Lechev. p. 272.

143) Il. *Λ.* 806 ſq. non infringit hanc ſententiam, ſed potius corroborat.

144) Quae quidem pugna ad naves pugnata non refutat, quamquam enim nolo urgere, Il. *N.* ſcatere locis, qui cum aliis carm. Homer. pugnent, tamen monere liceat, aliud eſſe ad naves et inter naves (cfr. *N.* 739. *O.* 426.) pugnare Graecos, eosque ibi infeſtari a ſpiſſa acie Troianorum, aliud ibi certamina inſtituere, quae quidem fuſius explicarem, niſi, quae ſequuntur, infringerent hoc argumentum.

Accedit, quod anguſtiae viarum *Φ.* 416, 419, 427. et colliculus prope *ἀγῶνα* ſurgens *Φ.* 451. nos quovis alio citius, quam huc vocant. Denique vero *Ψ.* 365, 449, 461. prae caeteris autem 464. et 359. (*τ η λ ό θ ε ν ἐν λ ε ί ῳ π ε δ ί ῳ*) hunc locum intra moenia et inter naves atque tentoria non fuiſſe diſertis verbis declarant. Iam vero nunc, quamquam iam de utroque modo, quo explicari poſſit, deſperatum eſſe iudicare debes, inſuper addo locos *Ψ.* 365. atque 374, quos perpendere poſſis atque examinare. Illic quidem, qui equis certaſſe referuntur, *νόσφι νεῶν* [145]) *ταχέως* vecti eſſe dicuntur, hic iidem reverſi *ἂψ ἐφ' ἁλὸς πολιῆς.*

Quod quidem corollarium, quum vel ſolum atque ſeorſim ſpectatum habeat, quod a ratione loci discrepet et ſuſpicionem movere poſſit, tergiverſantem et dubitantem adhuc eo adigere debet, ut fateatur nullam reperiri poſſe eorum, quae in hac re pugnantia ſint et diverſa, reconciliandorum opportunitatem.

Cave vero putes, nihil praeterea eſſe, quod in caſtrorum metatione et ſtatione Graecarum navium inconcinnum et controverſum cenſeri queat: ſunt enim in promtu loci de Aiacis navium ſtatione, quos mirum quantum discrepare fatearis neceſſe eſt.

Iam ſupra quidem obſervavimus, Aiacis naves alterum cornu obtinuiſſe et extremas ſtetiſſe in ſiniſtra parte *K.* 113. (*Θ.* 224.) *Λ.* 7, contra vero ad ſuas naves verſans Aiax, easque contra Hectorem defendens *N.* 679—687, *ἐν μέσσῃσι νηυσὶν*, (ib. 312.) (quod Heyne male interpretatur ad Lech. p. 275. not. t. ubi enim contuleris locum 308 ſq. videbis,

---

145) uti *Θ.* 490. non procul a navibus, ſed inde a navibus ulterius. Longe ampliorem et omnino aliam hanc campi partem finxiſſe, neque certe de moenibus cogitaſſe videtur huius rhapſodiae auctor; ſecus, quam qui rh. *Ω.* compoſuit.

*mediam muri partem,* ſive eam, quae inter dextrum et ſiniſtrum cornu intereſſet, intelligendam eſſe,) atque ulterius in *ſiniſtro cornu caſtrorum* (*M.* 118. *N.* 326, 675.) (uti recte vidit Heyne l. l. p. 276. not. x.) Idomeneus (*N.* 326.) pugnat, ibique etiam ſunt naves, (333.) ita, ut inde pateat, quod iam quodammodo Heyne ſenſit, hoc loco alibi collocari Aiacis naves, quam locis ſupra laudatis, et aliis navibus aſſignari locum extremum in ſiniſtro caſtrorum cornu, quam quas et *Θ.* 224, quamquam ſuſpectus locus, et *Λ.* 7. ibi poſitas eſſe declarant.

Reſtat, ut de duobus, altero Iliadis, altero Odyſſeae, locis, qui de tumulo Patrocli et Achillis reliquiis impoſito agunt, nonnulla breviter moneamus. Loco enim Il. *Ψ.* 69—92. Patrocli umbra Achilli noctu obverſans, hunc, ut cremati corporis oſſa in urnam legat, quam olim Thetis mater dediſſet, rogat, atque ei morem geſſiſſe legitur Achilles, qui haec amici oſſa e cineribus lecta in una illa condenda et praeterea tumulum ſubitarium modo atque humilem excitandum curaſſe dicitur (*Ψ.* 226—256.) eo conſilio, ut, ubi forent Patrocli oſſibus ſua, ſi quid adverſi ipſi accidiſſet, conſociata, maiorem exaggerent ſuperſtites Graeci.

At vero alio loco Od. *Ω.* 73—78, quo exequiae Achillis large deſcribuntur et fuſe enarrantur, licet amici oſſibus eius oſſa mixta eſſe perhibeantur, tumuli illius, neque ita, ut eum perſodiſſe Graeci ad depromendam inde urnam illam, neque ita, ut mixtis amicorum reliquiis adauxiſſe eum et amplificaſſe, quod iuſſerat Achilles, dicantur, aliqua fiat mentio, et Thetis tunc demum, quum Achillis oſſa condere volunt Graeci, urnam *aliquam*, neſcio quam, a Baccho olim acceptam, attuliſſe, atque ut in ea mixtim iunctimque cubent amicorum oſſa, praebuiſſe dicitur, ita, ut, niſi certe ſumere velis, oſſa Patrocli in ten-

torio Achillis sepofita remansisse et κενοτάφιον [146]) fuisse tumulum illum, — est vero ἄτοπον —, licet

146) Lecheval. pag. 221. ed. Heyn. non solum usque ad mortem Achillis, verum etiam postea κενοτάφιον fuisse Patrocli tumulum opinatur, quippe quum duos eosque diversos tumulos, alterum Patrocli, alterum Achillis, fuisse statuat, hunc autem amicorum ossa, additis Antilochi, Nestoris filii, reliquiis, continuisse sumat. Vide praeterea tabulam, in qua agrum Troianum descripsit. Contra quam opinionem haec addere liceat. Achilles, ut perficiat, quae amici manes exoptaverant, optarant vero, ut iunctim Il. Ψ. 84, et una eademque urna inclusa (ib. 92, 293. Od. Ω. 74.) neque semota (Il. Ψ. 83.) ossa cubarent, sibi et Patroclo sepulchrum paraturus (ib. 126.) humilem modo iubet excitari tumulum (ib. Ψ. 245.) post ipsius mortem altius exaggerandum et tollendum (ib. 246.); et post obitum Achillis eius ossa mixta (Od. Ω. 77.) cum Patrocli ossibus urnae mandata et magno tumulo cooperta (Ω. 80.) esse dicuntur. Quam ob rem de duobus tumulis, altero Patrocli, κενοταφίῳ, altero Achillis, amicorum reliquias tegente, licet, ut supra vidimus, insit aliquid, ubi utramque narrationem comparaveris, quod offendat, non est, quod cum illo viro cogites.

Pari modo eius causa cadit de Antilochi ossibus, quae in agro Troiano sepulta (Od. Γ. 111 sq.), seorsim posita (Od. Ω. 78.) esse dicuntur, nam quo minus χωρὶς (cum viro illo) eo artificio usus explices, ut dicas, eodem quidem ea tegi tumulo, in angulo vero urnae illius seorsim posita, et seiuncta a mixtis amicorum reliquiis cubare, prohibent duo potissimum argumenta, primum *), quod Antilochum **) tali, tam eximia et

*) Nolo enim, quae Pausan. VI. 31, ne fidem iis habere videar, afferre, quum Od. Γ. 111 sq. Δ. 187, 188. et 199 — 202. contrarium doceant.

**) Quamvis enim Il. Ρ. 652, ubi Aiax eum quaerit oculis, ut Achilli obitum Patrocli nuntiet, et Il. Ψ. 556, ubi φίλος Achillis ἑταῖρος dicitur, praecipue vero Od. Ω. 78 sq., ubi Agamemno eum ab Achille, occiso Patroclo, maxime dilectum praedicat, (τὸν ἔξοχα τῖες ἁπάντων,
τῶν ἄλλων ἑτάρων μετὰ Πάτροκλόν γε θανόντα,)
magni ab Achille factus fuisse videatur; tamen, quoniam tum pari modo Automedon φίλος Achillis ἑταῖρος nuncupatur, tum, quod loco illi Od. Ω. 70 sq. plane ac manifeste quidem adversatur, *Automedon* et *Alcimus* ab Achille post Patrocli amicissimi mortem maxime dilectos fuisse alio loco (Il. Ω. 574 sq.

nihilominus offenderet, quod Agamemno non uti de nota illa urna, fed de nova quadam loquitur, vix fit modus, quo poffis hos locos ad aliquam revocare concinnitatem.

Iam vero eft, quo fiftamus pedem, contenti, fi iuvenili huic tentamini non plures five numero five auctoritate paraverimus, qui reprobent, quam qui comprobent, neque nihil, aut ad hanc rem illuftrandam, aut certe ad convertendos huc eruditorum animos effecerimus, et, quod maxime optavimus, fi nobis contigerit, ut *Wolfii,* quem maximi facimus, fententiam hac de re latam opella noftra corroboraffe et confirmaffe videamur.

Quod reliquum eft, ingenue fatemur, nos minime putare, omnes notatu dignos in hac re locos a nobis fedulo effe notatos, plures vero follicitare, v. c. Il. *E.* 791, ubi ad naves pugnare dicuntur Troiani, quamquam in medio pugnant campo (cfr. init. rh. *Z.*), non putabam effe eius, qui, ne naufeam paret, metueret, et doctorum vereretur reprehenfionem.

---

egregia ab Achille ornatum fuiffe amicitia, ut eius offa, cum illius offibus in uno eodemque tumulo condenda effe cenfere debuerint fuperftites Graeci, haud fcio an nequeat doceri; deinde, quod Neftor, qui, quae eft eius loquacitas et garrulitas fenilis, certo certius gloriabundus de hoc egregio filii honore, cum non praetermififfet filentio, fi vere contigerit Antilocho, ut eo ornaretur, ne verbulum quidem commemorat*).

*ἥρως Αὐτομέδων ἠδ᾽ Ἄλκιμος, οὕς ῥα μάλιστα*
*τῖ᾽ Ἀχιλεὺς ἑτάρων μετὰ Πάτροκλόν γε θανόντα,)*
affirmatur, fane eft quod tergiverfemur.

*) Od. *Λ.* 468. *Ω.* 16. nihil probant, alioquin enim de Aiace idem valeret.

# CURAE CRITICAE

IN

# COMICORUM FRAGMENTA AB ATHENAEO SERVATA.

AUCTORE

AUGUSTO MEINEKE.

BEROLINI, 1814.

VENDITUR IN BIBLIOPOLIO MAURERIANO.

VIRO SUMMO

GODOFREDO HERMANNO

HAS PAGELLAS

SACRAS ESSE VOLUIT

*AUGUSTUS MEINEKE.*

# CURAE CRITICAE

IN

## COMICORUM FRAGMENTA AB ATHENAEO SERVATA.

Quum *Jo. Schweighaeuserus*, Vir eruditissimus, in magno Athenaei opere emendando illustrandoque non ita versatus esset, ut omnes consummati editoris numeros explevisse videretur, facile praevideri poterat, fore, qui, quae ab illo secus administrata essent, diligentius sibi examinanda putarent. Fuit autem eorum, qui de Athenaeo poetarumque locis, quibus uti solet Grammaticorum longe doctissimus, egregie mererentur, primus *Fr. Jacobsius*, qui quum in Additamentis ad Athenaeum alia admirabili prorsus acumine emendasset, alia vero non ita tractasse videretur, ut genuinam scriptorum manum assequutus esset, exortus est *Aug. Erfurdtius*, qui edito Observatt. critt. in Athen. specimine, qua via in Comicorum maxime locis emendandis incedendum esset, illustrissimo post *Bentlejum* exemplo docuit. Neque

tamen mirum cuiquam videbitur, etiam post luculentam illam doctissimorum hominum operam, multa in Athenaeo superesse, quae vel a sensus obscuritate laborent, vel grammaticis metricisque legibus adversentur. Ejusmodi locos aliquot quum ego quoque non infeliciter mihi expediisse viderer, operae pretium facturum me esse existimavi, si, oblata hac scribendi opportunitate *), aliquam observationum mearum particulam doctorum virorum judicio examinandam subjicerem. Neque tamen in solo Athenaeo mihi subsistendum esse putavi, sed, Jacobsii et Erfurdtii exemplum aemulatus, passim de aliorum quoque scriptorum locis meam interponere sententiam non dubitavi.

---

P. 12. b. *Antiphanis* ecloga ita videtur integritati suae posse restitui:

οὐ γὰρ βοῦς θύων
ζωμὸν ἐποίησ' Ὅμηρος, οὐδ' ἧψεν κρέα,
ουδ' ἐγκέφαλον· ὤπτα δὲ καὶ τὰς κοιλίας.

---

*) Erant hae pagellae jam mense Aprili a. MDCCCXIII. eo a nobis consilio scriptae, ut vernalis examinis solennia iis indiceremus. Cum vero propter turbulenta, quae tum incidebant, tempora nemo repeririretur, qui libelli imprimendi curam susciperet; factum est, ut nunc demum post novem mensium decursum in lucem prodire potuerit. Mutandi igitur consilii necessitate nobis imposita, neque *Programmatis* nomen retinere voluimus.

P. 43. b. c. Inquinatissimum est ejusdem poetae fragmentum, ex quo aliquas saltem maculas removere licebit. Vs. 2. scribendum videtur:

διαφέροντα πᾶσιν, Ἱππόνικε, τῆς οἰκουμένης.

Pro vulgato πάσης, quod numeros corrumpit. Sensus hic est: *qualia fert haec regio, in omnibus reliquo terrarum orbe praestantiora.* Quae mox sequuntur σῦκα μὲν νὴ τὸν Δία, πάνυ φέρει, in sycophantes dicta videntur. Similiter *Axionicus* ap. *Athen.* p. 342. c. σὺ μὲν ἀμφὶ σῦκα καὶ τάριχ' ἀγάλλει. Versum quartum toto pede minorem leni manu refinxeris, si pro θύματα in fine versus reposueris θυμιάματα, quo praeter alios usus est *Amphis* Comic. ap. *Athen.* p. 691. a. qui locus ita exhibendus erat:

ἀκήκοας σύ, δέσποτ', ἤδη πώποτε
τὸ θυμίαμα τοῦτο;

Vulgo non sine metri detrimento: δέσποτα, δὴ πώποτε. Vs. 5. lacunae signa perperam posuit *Schweighaeuserus.* Si hariolari licet, scripsit fort. poeta:

μύρα τε, καὶ τυρούς, ὕδωρ τε διαφέρον, νὴ τὸν Δία,
ὥστε καὶ γνοίην ἂν εὐθὺς Ἀττικὸν πίνων ὕδωρ.

Sic haec postrema scribenda sunt, non, ut vulgo fit, ὕδωρ πίνων. Sed prioris versus emendationem non praestem. — Quod secundum versum occupaverat vitium metricum, etiam nunc plurimos Comicorum locos dehonestat, velut *Aristoph.* Equ. 569. cui mederi conatus est

*Porsonus* in Cens Br. Arist. p. 376. Sed veram lectionem servavit Ravennas. Nec spondeo solum in imparibus trochaeorum sedibus, sed dactylo etiam prorsus abstinuerunt attici poetae. Quae contra afferri possunt exempla, ea, quum alia etiam plerumque habeant corruptelae documenta, quin corrigi debeant, dubitari nequit. *Jacobsius* enim quum in Addit. ad *Athen.* p. 430. talia nihil offensionis habere contendit, vellem sententiam suam certis et idoneis rationibus muniisset. Itaque valde dubiae sunt correctiones, quas fecit vir egregius in *Cratino* apud *Athen.* p. 638. c. *Antiphane* p. 642. a. *Timocle* p. 407. f. v. 6. (ubi nihil prorsus novandum). *Theophilo* p. 340. d. e. *Alexide* p. 568. b. vs. 14. *Antiphane* p. 449. d (ubi scrib. μηδὲ τοιοῦτ᾽ ἄλλο) aliis. Hinc nec *L. Doederlinii* conjectura in *Sophocl.* Oed. Col. 1221. probari potest. Vide Acta Philol. Mon. Vol. I. P. I. p. 62. In *Euangelo* apud *Athenaeum* p. 644. e.

> ἓξ δὲ τῶν ἀνδρῶν· τὸ δὲ δεῖπνον ἐντελὲς καὶ μηδενὶ
> ἐλλιπέ· κτλ.

delenda est, quae ex sequ. δεῖπνον orta est, particula δέ, ac praeterea pro μηδενί, quae *Schweigh.* est conject. pro μηδέν, scrib. aut μηδενός, aut μηδὲ ἕν. Ibid. vs. squ. scrib. γενέςθαι, et vs. 8. κάνδαυλον pro κάνδυλον, quod mediam syllabam corripit. In *Antiphane* apud *Athen.* p. 449. b. corigendum πνικτὰ γλακτοθρέμμονα, quod formatum est ad homericum γλακτοφάγος.

De frequentissima vocalium correptione ante γλ et βλ alio loco dicetur. Siculorum tamen poetas scenicos, ut in aliis, quae metricas rationes spectant, ita hac etiam in re aliquanto plus sibi indulsisse videas, ut *Epicharmum* apud *Plutarch.* Cons. Apoll. p. 110. a. cujus versus inter Philosophi orationem latentes sic scribendos puto:

> συνεκρίθη καὶ διεκρίθη, κἀπῆνθεν, ὅθεν ἦνθεν, πάλιν·
> γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ᾽ ἄνω· τί τῶνδε χαλεπόν; οὐδὲ ἕν.

ubi falleretur, qui πνεῦμ᾽ ἄνω scribendum judicaret. *Idem* apud *Athen.* p. ϛ88. b.

> αἰολίαι πλῶτές τε κυνόγλωσσοί τ᾽· ἐνῆς δὲ σκιαθίδες.

ubi obiter castigandus interpretis error vertentis: *et variegatae plotes.* Cogitavit igitur de αἰόλος. Immo αἰολίας *piscis* est, cujus meminerunt *Ephippus* ap. *Athen.* p. 372. E. et *Pancrates* p. 305. c. ex quo apparet, eundem κίχλη et σαυρὸς appelatum fuisse. — Alios *Epicharmi* locos sciens praetereo. Tota enim haec res uberiorem requirit disputationem, opportuniore loco instituendam. Hoc unum tamen nunc praeterire nolo, quod de dactylo dixi, id non aeque valere de spondeo, quem nusquam nisi corruptis in locis me reperire memini. Quare vereor ne erraverit cl. *Schweigh.* qui in *Epicharmi* fragm. ap. *Athen.* p. 313. e.

> καὶ χελιδόνες τε μύρμαι τοί τε κολιᾶν μέζονες,

correxerit: καὶ χελιδόνες μύρμαι τε, cujus mutationis ne causam quidem me perspicere fateor.

Nam particula τε non raro ante eam vocem ponitur, quam rectius sequi debebat; quod non monerem, nisi viros graece doctissimos, ut *Brunck.* ad Poes. Eth. p. 310. *Schaefer.* Praefat. ad *Julian.* p. VIII. et XVI. *Wunderlich.* Observ. crit. in *Aesch.* p. 179. alios, hac in re errasse intellexissem. *Libanius* T. I p. 9. d. εἰκότως ἄρα θησαυροί τε ἐνομίσθησαν Ἀλεξάνδρῳ καὶ ὠνομάσθησαν οἱ φίλοι, quem locum adducens *Schaefer.* ad *Dionys. Halic.* de Comp. Verb. cap. XII. p. 142. corrigit ἐνομίσθησάν τε. Non imiter; neque magis in *Dionysio* ipso Cap. XXIV. p. 370. σπάνει τε κυρίου καὶ κρείττονος ὀνόματος cum *Schaefero* scribam κυρίου τε. Omnem dubitantibus scrupulum eximent poetarum loci. *Aristoph.* Lysistr. 1159. τί δῆθ', ὑπηργμένων τε πολλῶν κἀγαθῶν. *Aeschyl.* Pers. 1051. ἡμεῖς δ' ἅμα τῷδ' ὥσπερ τε πόλις καὶ τὸ δίκαιον ξυνεπαινεῖ. quem locum non erat cur *Wunderlich* l. l. felicioribus ingeniis emendandum relinqueret. *Theognis* 1101. Br. ἐλπίδι τε πρώτῃ καὶ πυμάτῃ θυέτω. Sed in *Philae* vs. 56. corrigendum: ζώοις τε πᾶσιν, ἡμέροις τε κἀγρίοις.

P. 21. f. *Aristophanis* verba facili opera ad anapaestos tetrametros revocaveris:

τοῖσι χεροῖς αὐτὸς τὰ σχήματ' ἐποίουν.

et mox:

τοὺς Φρύγας οἶσθα θεωρῶν,
ὅτε τῷ Πριάμῳ συλλυσάμενοι τὸν παῖδ' ἦλθον τεθνεῶτα,
πολλὰ τοιαυτὶ καὶ τοιαυτὶ καὶ δεῦρο σχηματίσαντες.

Iisdem, ni fallor, numeris decurrit *Aristoph.* fragm. apud *Galen.* Prooem. in *Hippocr.* Gloss. ap. *Brunck.* T. III. p. 236., cujus priorem versum ita mihi recte emendasse videor:

πρὸς ταῦτα σὺ λέξον Ὁμηρείῃ γλώττῃ τί καλοῦσι κόρυμβα;

Idem locus corruptissime legitur apud *Polluc.* II. 109. Neque alios numeros video in *Cratino* ap. *Athen.* p. 374. d. qui locus sic erat exhibendus:

ὥσπερ ὁ Περσικὸς ὥραν πᾶσαν καναχῶν ὀλέφωνος ἀλέκτωρ·

et in *Pherecratis* fragm. in Lex. Sangerm. apud *Ruhnken.* ad *Timaei* Gloss. p. 153.

ταχὺ τῶν ἐρίων καὶ τῶν ἀνθῶν τῶν παντοδαπῶν κατάγωμεν·

in quo versu infelix utique est *Ruhnk.* conjectura, pro ταχὺ scribentis τὸ τραχύ, quod metrum subvertit, neque sensum juvat, qui ne indiget quidem medela. Genitivi pendent a verbo κατάγωμεν (sic enim scripsi pro κατάγομεν). Eadem constructionis ratione *Aristophanes* apud *Polluc.* VII. 30. et *Poeta vetus* apud *Plutarch.* p. 830. c. τῶν ἐρίων ξαίνειν dixerunt.

P. 47. f. *Phrynichi* verba non alio quam hoc modo constitui possunt:

— ἑπτάκλινος οἶκος ἦν καλός,
εἶτ' ἐννεάκλινος ἕτερος οἶκος. —

P. 48. c. *Aristophanis* fragmentum constat duobus choriambis dimetris catalecticis, subjuncto dactylo trimetro catalectico. Proinde sic hunc locum constitue:

ὅστις ἐν ἡδυόσμοις
στρώμασι παννυχίζων
τὴν δέσποιναν ἐρείδεις.

P. 55. a. In *Alexidis* eclogae v. 13., quum anapaest. dimetr. acatal. non uti soleant poetae scenici, ante τέττιξ lacunae signa ponenda erant. Quid vero exciderit, non definiam. Postremo versu verissima est *Schweigh.* conjectura. Quodsi quem pluralis εὑρήματα moretur, is legat *Porsoni* notam ad *Eurip.* Orest. 1011. — Mox p. 56. e. mira comminiscuntur intpp. de metro versus *Cratinei*. Pro λαχάνοις si scripseris λαχάνοισι, integrum habebis hexametrum, quo in *Cratini* poesi nihil fuisse videtur frequentius.

P. 66. d. *Antiphanis* fragm., quum πριάμενος alteram syllabam producere nequeat, ita non ad jamb. senarios, sed ad trochaeos tetr., ne littera quidem mutata, revocandum:

ἂν μὲν ἄρα πέπερί τις φέρῃ
πριάμενος, στρεβλοῦν γράφουσι τοῦτον ὡς κατάσκοπον.

Ibidem p, 66. F. in *Alexidis* loco perperam legitur:

τοῦ λευκοτάτου πάντων ἐλαίου Σαμικοῦ.

Reponendum Σαμιακοῦ.

P. 68. c. *Platonis* eclogam e *Lajo* desumtam, sic editam video:

οὐχ ὁρᾷς
ὅθ' ὁ Μελέαγρος, Γλαύκωνος ὢν μεγάλου γένους —

Triplex vitium haec nostra tollit emendatio:

οὐχ ὁρᾷς ὅτι
ὁ Μελέαγρος, Γλαύκωνος ὢν μεγάλου γένος —

ὅτι nunqam elidi post *Brunck.* ad *Aristoph.* Lysistr. 611. et Ran. 863. observavit *Porsonus* ad *Eurip.* Hec. 112. In *Strattidis* loco apud *Polluc.* X. 46. p. 1211. *R. Bentlejus* in Epist. ad *Hemsterh.* p. 54. male dedit: ὅτ' ἄβολός ἐστ' ἔτι. Totum hunc locum lenissima mutatione facta sic refingo:

υ — πρόσαγε τὸν πῶλον ἀτρέμα προσλαβὼν
τὸν ἀγωγέα βραχύτερον· οὐχ ὁρᾷς ὅτι
ἔτ' ἀβολός ἐστι;

Caeterum ex eadem *Laji Platonici* scena desumta suspicor, quae servavit *Schol. Aristoph.* Plut. 179.

P. 96. b. *Ecphantidis* fragm. nulla, ne *Hermanniana* quidem (vid. Comment. Soc. Philol. Lips. Vol. I. P. I. p. 25), quantumvis leni, correctione eget. Distingue:

πόδας τε
εἰ δέοι, πριάμενον καταφαγεῖν, ἰφθούς ὑός υ — υ

Vides apertissima jambici tetr. catal. vestigia. δέοι in unam syllabam coalescit; quae res vix dici potest quam saepe vel librariis vel criticis fraudi fuerit. *Aristophan.* Lysistr. 605. τί σε δεῖ; τί ποθεῖς; χώρει εἰς ναῦν. Sic edidit *Brunckius* e conjectura. Vulgo legitur: τοῦ δέει; τί ποθεῖς; χώρει εἰς τὴν ναῦν. Rectissime; modo scribatur: χώρει 'ς τὴν ναῦν. *Menander*

incertum an *Philemon* apud *Stobae.* Tit. XV. p. 328. *Schow.*

ἂν ἦ δὲ φείσασθαί τι τοῦ γήρως χάριν
οὐ φειδόμεσθ' ἐφόδια περιποιούμενοι.

Sic vulgo legitur. *Brunckius* Poes. Eth. p. 189. e conjectura dedit: δέον δὲ Φείσασθαι etc. At cod. B. ap. *Schow.* habet: δέῃ δέ etc., unde certissima conj. scribo: ἂν δέῃ δὲ Φείσασθαι etc. *Philetaerus* apud *Athen.* p. 416. f.

κἂν δέῃ τροχάζω στάδια πλείω Σωτάδου·

ubi *Jacobs.* Addit. p. 222. conjecit: κἂν δέῃ Ἐγὼ τροχάζω etc. Subjicit tamen: *nisi forte in* δέῃ *est synizesis.* In hoc vellem acquievisset. Neque *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. 581. vulgata videtur displicuisse. *Menander* apud *Plutarch.* Vita Alex. p. 613.

κἂν διελθεῖν δηλαδὴ
διὰ θαλάσσης δεῖ τόπον τιν', οὗτος ἔσται μοι βατός.

Sic soloece edidit *Clericus*, praeeunte *Grotio*, pro vulgato δέῃ, quod revocandum. Denique *Aristophan.* Ran. 268. κἂν με δέῃ δι' ἡμέρας. Numeri sunt trochaici, unde apparet, hic etiam δέῃ in unam syllabam coalescere.

P. 103. a. *Damoxeni* v. 69. ἐνίοτε δ' ἀφεστῶς παρακελεύομαι· πόθεν Ἅπτει; anapaestum habet tribracho subjectum, quod certissimum est corruptelae indicium. Scribendum sine haesitatione: ἔσθ' ὅτε δ' ἀφεστὼς etc. Idem vitium tollendum ex *Ephippo Athen.* p. 359. a.

ἅπαντα γὰρ ἱκανόν ἐστι· φράζε δή ποτε —

ubi vel grammaticae leges flagitant ut ἅπαν reponatur. *Plato Comic.* ap. *Athen.* p. 103. d.

ἑώρακας φιλόσοφον· εἶπ' ἐμοί τινα —

Duplex inest vitium. Scribendum: ἑόρακας οὖν φιλόσοφον — ut fere legitur p. 279. b. Fallitur *Jacobs.* addit. p. 69. *Nicostratus* p. 111. c. λευκός· τὸ γὰρ πάχος ὑπερέκυπτε τοῦ κανοῦ. Lege: τὸ πάχος γάρ. *Philemon* apud *Cleric.* p. 306.

δοῦλοι βασιλέως εἰσίν· ὁ δὲ βασιλεὺς θεῶν.

Dele particulam δὲ, quae recte deest in *Stobaeo Gesneriano. Aristophan.* Equit. 32.

βρέτας; ποῖον βρέτας; ἐτέον ἡγεῖ γὰρ θεούς;

Locus longe corruptissimus. Vide varr. lectt. Fort. scrib.:

βρέτας; ποῖον τὸ βρέτας; ἐτέον ἡγεῖ θεούς;

Alia hujus generis exempla diligenter nuper examinavit *Erfurdtius* Observ. crit. p. 5. sqq. qui in *Aristoph.* Av. 1506.

ἀπὸ γάρ ὀλέσεις, εἴ μ' ἐνθάδ' ὁ Ζεὺς ὄψεται,

bene reposuit ὀλεῖς. Sed addendum praeterea μ' ante ὀλεῖς, quod offert Cod. Ravennas. Plane sic *Sophocl.* Philoct. 808. Erf. — Similis eorum locorum est ratio, in quibus anapaestus cum dactylo conjunctus reperitur. De his quoque disputavit *Erfurdtius.* Sed area nondum purgata est. *Aristoph.* Acharn. 1156.

ὅν ποτε γ' ἐπίδοιμι τευθίδος —

et in antistropha:

μαινόμενος· ὁ δ' αὖ λίθον βαλεῖν —

Utriusque versus depravatio *Brunckio* debetur. Vulgo ὅν ἔτ' ἐπιδοιμι τευθίδος, idemque *Suidas* tuetur T. III. p. 455. et p. 701. in quo quid displicere possit minime perspicio. Verto: *quem utinam posthac aliquando videam.* — Mox pro ὁ δ' αὖ rectissime vulgo ὁ δέ. *Amphis* ap. *Athen.* p. 224. e. οὓς ἐὰν ἐπερωτήσῃ τίς ἢ λαβών τι τῶν — Repone ἂν vel ἢν pro ἐάν. *Eubulus* apud *Athen.* p. 642. c. οὐχὶ φιλοτραγήμων εἰμί πως ἑκάστοτε. Repone οὐ pro οὐχὶ pariter atque in *Antiphanis* loco p. 226. d. Denique *Aristoph.* Pac. 380. ἀλλ', ὦ μέλε', ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι. Sic Ravennas. Vitium tollunt vulgatae editiones, quae articulum ante Διὸς omittunt. Sed aliud quid latet. Scrib. ἀλλ', ὦ μέλ', ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι. Nunquam enim Attici ὦ μέλεε, semper ὦ μέλε dicunt. Vid. *Ruhnken.* ad *Tim.* Gloss. p. 279. et *Porson.* Addend. ad *Eurip.* Hecub. p. 108. In *Menandri* loco apud *Suid.* T. II. p. 755. ἄφες τὸν ἄνθρωπον· τί κόπτεις ὦ μέλεε, vel metri ratio postulat, ut scribatur: ὦ μέλε, ut recte legitur in *Schol. Platon.* p. 27. *Ruhnk.*

P. 107. c. *Alexidis* corruptissimos versus sic restituendos judico:

> κρεάδια, ποδάρι', ὠτάρια, ῥύγχη τινά,
> ὕειον ἡπάτιον ἐπικεκαλυμμένον·
> αἰσχύνεται δὲ πελιδνὸν ὂν τῷ χρώματι.

In priori versu vulgabatur κρεάδια, ποδάρια, ῥύγχη τινά, ὠτάρια, in quibus metri nec vola

nec vestigium. Vs. 3. scripsi δὲ pro γὰρ, commutatione longe frequentissima. Vid. *Porson.* ad *Eurip.* p. 593. Contra γὰρ pro δὲ repone in *Epigene* ap. *Athen.* p. 472. f.

P. 110. d. *Platonis Comici* verba unius voculae transpositione ad senarios revocare non dubito:

κᾆθ' ἧκεν ἄρτους πριάμενος
μὴ τῶν καθαρύλλων, ἀλλὰ μεγάλους Κιλικίους.

Idem locus est apud *Eustath.* ad *Hom.* p. 1817. 59.

P. 127. b. *Antiphanis* senarium justo breviorem ita lege:

ἐν ταῖς σπυρίσι δὲ τί ποτ' ἔνεστι, φίλτατε.

Vulgo τί ποτ' ἔστι. Nisi forte malis: τί ποτ' ἄρ' ἐστί.

P. 160. f. In *Sopatri* vs. 6. *Schweigh.* vulgatae lectionis patrocinium suscepisse miror. Vel sine codd. assensu digna erat, quae in textum reciperetur, *Jacobsii* emendatio:

τὴν πεῖραν ὑμῖν λήψομαι τῶν δογμάτων,

pro τὴν πεῖραν ὑγιῆ, in quo articulus linguae ingenio prorsus adversatur. Sed hujus rei ignoratio vix dici potest quot poetarum loca corruperit. In *Eupolidis* loco apud *Etymol. M.* p. 426. 47. vel metrum postulat ut scribatur:

βάπτειν τὰ κάλλη τὰ περίσεμνα τῇ θεᾷ

pro vulgato τὰ κάλλη περίσεμνα. Neque *Homerus* a communi loquendi norma descivit Iliad. XXI. 317. οὔτε τὰ τεύχεα καλὰ, ubi quae

*Eustathius* scrispit — adstipulari videtur *Valcken.* Adnott. in N. F. p. 246. ed. Lips. — non scripsisset, opinor, si eorum meminisset, quae ipse ad Iliad. Vol. I. p. 23. *Rom.* de homerico articuli usu recte praeceperat. Cfr. *Schaefer.* Ind. *Greg. Cor.* T. II. p. 1048. b. In *Epigr. adesp.* 218. Anal. *Brunck.* T. III. p. 30.

τίς μου τὴν Σειρῆν' ἄκακον κακὸς ἥρπασε δαίμων;

in his igitur satis mirari nequeo, neminem, ne *Ruhnken.* quidem ad *Tim.* Gloss. p. 16., alterius lectionis sensisse praestantiam:

τίς μου τὴν Σειρῆνα κακῶς κακὸς ἥρπασε δαίμων;

quam servavit *Gruteri* Inscript. thesaurus p. MCXVIII. 9. Ejusdem generis corruptelas bis terve in Anthologia me reperire memini [1]).

---

1) Juvat paulisper gratissimo huic diverticulo immorari, et corruptis aliquot Anthologiae locis sanitatem suam restituere. *Asclepiades* Epigr. XV. T. I. p. 214.

Νικαρέτης τὸ Πόθοις μεμελημένον ἡδὺ πρόσωπον
πυκνὰ δι' ὑψιλόφων φαινόμενον θυρίδων.

Quae sint θυρίδες ὑψίλοφοι nemo docuit. Cod. Palat. praebet ὑψολόφων, superscripto ὑψηλῶν, unde conjeci:

πυκνὰ δι' ὑψορόφων φαινόμενον θυρίδων.

*Hesychius* T. II. p. 1486.: ὑψόροφον, ὑψηλὸν, μέγα. — *Aristonis* Epigr. III. 5. Cod. Vat. sic exhibet:

πρὶν δ' ἀρῦσαι μογερὰν ἔκαμεν χέρα· γραῦς δὲ παλαιὴ
ὡς ναῦς ὑποβρύχιος ζωρὸν ἔδυ πέλαγος.

Multis variisque hic locus vexatus est conjecturis. Vid. *Jacobs.* Comment. Vol. II. P. 2. p. 260. et in Act. Philol. Monac. T. I. Fasc. III. p. 301. et p. 406. Sed neutra viri doctissimi conjectura admitti potest. Equidem vix dubito scripsisse poetam:

ναῦς ἅθ' ὑποβρύχιος ζωρὸν ἔδυ πέλαγος.

P. 164. c. *Alexidis* eclogae v. 6. egregie emendavit *Erfurdt.* pro *Epicharmo* certissima

---

ut ὡς ex interpretatione natum sit. — *Marcus Argent.* Epigr. XIII. T. II. p. 269.

ἀμφοτέρων δὲ στέρνον ἐπάλλετο, μή τις ἐπέλθῃ
μή τις ἴδῃ τὰ πόθων κρύπτα περισσότερον.

Corrige περισσοτέρων. — *Philodemus* Epigr. XXX. T. II. p. 91.

Καὶ μαίνη λελαγεῦσα, καὶ ἀρτιπαγὴς ἀλίτυρος,
καὶ θριδάκων οὔλων ἀφροφυῆ πέταλα.

Scribendum ἀβροφυῆ, quod Lexicis infer. — *Stratonis* Epigr. LXXVIII. nuper etiam a *Jacobsio* Observ. crit in Anthol. Gr. p. 46. tractatum, sic equidem corrigendum et inter loquentes personas digerendum existimo:

ά. Πέντ' αἰτεῖς; β΄. δέκα δὸς καὶ εἴκοσιν· ἀντία δ' ἕξεις·
ά. ἀρκεῖ σοι χρυσοῦς· ἤρκεσε καὶ Δανάῃ.

*Quinque sc. drachmas postulas? — Immo decem et viginti mihi praebe; et anteriora tibi dabo.* Jam ille, cui pretium hoc nimium videbatur, respondet: ἀρκεῖ σοι χρυσοῦς, *sufficit tibi aureus: quippe quo ipsa Danae contenta fuerit.* Lepide finxit poeta, aureo Danaen a Jove adductam fuisse, ut secum concumberet. — *Epigr. adesp.* XLIV. 5. ἡ δὲ τράπεζα Ἔστω μοι πρώτη νηὸς ὕπερθε σανίς. Varia hic tentant critici, nihil quod valde placeat. Scribendum conjectura longe certissima:

ἔστω μοι στρωτὴ νηὸς ὕπερθε σανίς.

— *Epigr. adesp.* CCLXXXIII. non sollicitari debebat optima Cod. Palat. scriptura. χρύσεος prima brevi recurrit *Epigr. adesp.* CCXXI. ubi iterum *Brunckius* impegit. Vid. *Erfurdt.* ad *Sophocl.* Antig. 1003. et *Seidler.* ad *Eurip* Troad. 536. — *Epigr. adesp* CCXCII. scribendum videtur: ὧν ὁ μεγαλκῆ Θῆρα βίῃ βρίθει pro ὧν ὁ μὲν ἀλκάν, quod sensu caret. — *Epigr. adesp.* CDLXXXVIII. codex Palatinus: τινος ἢ ἔρα, quod perperam in τινος ἄρα mutatum est. Scribe τίνος ἦρα, *cujus rei causa.* Vid. *Valckenar.* diatr. p. 130. et *Hermann.* in Mus. Antiq. Stud. Vol. I. p. 174. — *Epigr. adesp.*

conjectura *Aeschyli* nomen substituens. En aliud ejusdem commutationis exemplum. *Schol.* ined. ad *Hermog.* apud *Bastium.* ad *Gregor. Cor.* T. I. p. 241. Αἰσχύλος ἐν Πέρσαις μέμνηται, καὶ Διογενιανὸς ἐν τῇ λέξει τούτου, sc. vocis ὑπέξυλος. At frustra hanc in *Aeschyli* Persis quaesiveris. Repone: Επίχαρμος ἐν Πέρσαις.

P. 168. c. In *Diphili* verbis sic demum metri vestigium apparebit: κεφαλὰς ἔχοντες Τρεῖς ὥσπερ Ἀρτεμίσιον — ut sint jambicorum tetr. catal. reliquiae.

P. 169. f. *Eubulus:*

τρυβλία δὲ, καὶ βατάνια, καὶ κακκάβια,
καὶ λοπάδια, καὶ πατάνια, ποικινά, ταρφία,

Alterum versum, qui redundantia laborat, *Hermannus* de Metr. p. 155. et *Erfurdt.* Obs. crit. p. 4. recte ita constituerunt, ut καὶ ante λοπάδια delerent. Sed nollem hanc voculam pror-

---

DXXXVIII. duplici laborat vitio. Neque πάτρα postremam, neque Μίλητος primam syllabam corripit. (Hoc quidem *Brunckio* etiam ad *Aristoph.* T. III. p. 171. fraudi fuit, qui in *Pherecratis* fragm. apud *Plutarch.* de Mus. p. 1142. correxit: ποῖος ούτοσὶ Τιμόθεός ἐστι; Μιλήσιός τις Πυρρίας. Deest vulgo ἐστί; et recte quidem, modo articulum ante Τιμόθεος praefigas). Neutram mendam *Jacobsii* tollit conjectura. Vix dubito, poetam scripsisse:

Πάτρα Μίλητος τίκτε τὸν Μούσαισι ποθεινὸν
Τιμόθεον, κιθάρας δέξιον ἡνιόχον.

Sed haec hactenus. Jam nunc enim vereor, ne quis *Corinnae* illud mihi objiciat: τῇ χειρὶ σπείρειν, μηδ᾽ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ. Quare caetera, quae in Anthologiae poetas observata habeo, in aliud tempus reservabo.

sus abjecissent. Cum enim κακκάβιον alteram syllabam constanti usu corripiat, apparet scribendum fuisse:

τρύβλια δὲ, καὶ βατάνια, καὶ κακκάβια, καὶ λοπάδια etc.

In *Anaxippi* fragmento, quod praecedit apud *Athen.* p. 169. b.

κεράγραν θυείαν, τυροκνῆστιν παιδικήν —

valde dubito an recte correxerit *Jabobs.* addit. p. 111. τυροκνῆστιν, δοίδυκα, quod, si recte observavi, secundam syllabam semper et ubique producit. *Aristoph.* Vesp. 937. δοίδυκα, τυροκνῆστιν, ἐσχάραν, χύτραν. *Idem* Pluto 711. et Pace 295. Accedit *Eustathii* auctoritas ad *Hom.* p. 1103. 48. τὸ δὲ κήρυκι συστέλλει νῦν τὴν παραλήγουσαν· εἰ καὶ ἀλλαχοῦ ἐν πολλοῖς ἐκτείνεται ἀττικῶς οὕτω δέ φασιν ἐκτείνει τὴν μέσην καὶ δοίδυκος, ὄρτυγος. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Εἰρήνῃ (v. 788.) συστέλλει τὸ ὄρτυγος διὰ τὸ μέτρον. De δοίδυκος recte scripsit Archiepiscopus, non item de ὄρτυγος, quod nusquam media brevi me legere memini.

P. 170. c. *Alexidis* vs. 1. pro vulgato: τῆς ὀριγάνου Πρώτιστον ὑποτιθεὶς εἰς λοπάδα νεανικὴν — *Jacobsio* scribendum videbatur πρώτισθ' ὑποτιθεὶς — Non assentior. Imperativum requiri recte viderunt intpp. Scribendum leni aut nulla potius mutatione: ὑποτίθει 'ς λοπάδα. Sic supra *Aristophani* restituimus χώρει 'ς τὴν ναῦν pro χώρει εἰς τὴν ναῦν.

P. 171. a. *Menandri* versus ne minima quidem indiget correctione. Est senarius ultimo pede truncatus:

φειδωλὸς ἦν καὶ μέτριος ἀγοραστὴς ⏑ —

Caeterum vide an hoc *Menandri* fragm. recte cum alio conjunxerim, quod servavit *Photius* Lex. p. 387. σκυθρός, αὐθέκαστος, αὐστηρός. Μένανδρος· ἐγὼ δ' ἀγροῖκος, ἐργάτης, σκυθρός, πικρός, Φειδώλογος· ubi si pro novissima voce e Cod. Dresd. Φειδωλὸς reposueris, haec aptissime ita continuari posse videntur:

ἐγὼ δ' ἀγροῖκος, ἐργάτης, σκυθρός, πικρός,
φειδωλὸς ἦν, καὶ μέτριος ἀγοραστὴς ⏑ —

P. 175. c. in *Sopatri* loco nihil cum *Valcken.* ad *Callim.* Eleg. p. 18. novandum videtur, siquidem Σιδωνίου trisyllabum esse potest. Sic Ὀλυμπίου apud *Eurip.* Herc. Fur. 1295. et *Lucian.* in Trag. 94. Hinc fortasse defendas *Aristoph.* Equ. 342. qui locus si mutatione eget, alia tamen quam Brunckiana circumspicienda est. Fort. ἔναντα scribendum. In *Aeschyli* Suppl. 554. Λυδία bisyllabum esse monuit *Seidler.* de V. D. T. I. p. 46. [2]) add. *Herman.* de Usu Antistroph. p. XII.

2) Consulto omisi *Nonnum* Dionys. XIII. v. 479.

ἀλλὰ Διὸς Λυδίοιο θυώδεα νηὸν ἐάσας,

qui sciam, hunc poetam, ut aliis in rebus ad versuum rationem spectantibus, sic etiam in singularum vocum prosodia plurima novasse. Sic ille contra caeterorum poeta-

P. 221. a. In secundo *Parmenonis* versu, ut hiatus tollatur, corrigendum:

σκυθιστὶ φωνεῖ, κοὐδὲ κόππα γιγνώσκων.

Vulgo οὐδέ. Καὶ participio junctum est *quamvis*. Vid *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. 277. Fugit hic usus *Jacobs.* in *Eurip.* Bacch. 479. ταῦτ' οὖν παρωχέτευσας εὖ, κοὐδὲν λέγων, ubi nihil novandum. Caeterum qui h. l. ab *Athenaeo Parmeno* vocatur, sub *Parmenionis* nomine, librariorum opinor errore, laudatur a *Schol. Nicandri* Ther. 807. p. 58. a. Alia ejusdem poetae Byzantini fragmenta, cujus intermortua fere est memoria (nec *Fabric.* Bibl. Gr. Vol. II. p. 133. et Harl. satis accurate de eo egit), vid. apud *Athenae.* III. p. 75. f. V. p. 203. *Schol. Pindari* Pyth. IV. 97. *Stephan. Byz.* p. 84, 43. 307, 31. ed. Basil. *Athenaei* loca repetiit maximam partem *Eustath.* p. 1506, 6. et p. 1635, 7. Diversus est a γλωσσογράφῳ *Parmenone*, cujus mentionem cum alii fecerunt, tum ipse *Athen.* XI. p. 500. b.

P. 224. a. Non uno nomine laborant *Timoclis* versus.

B. Καὶ πρῶτα μέν σοι παύσεται Δημοσθένης
ὀργιζόμενος. A. ὁποῖος; B. ὁ Βριαρέως
ὁ τοὺς καταπέλτας τάς τε λόγχας ἐσθίων.

---

rum usum XIII. 447. Λαπίθαι, media, et ibid. v. 183. Ὑμηττὸς prima longa usurpare non dubitavit. Idem XVII. 59. in λιτὸς primam corripuit, quod cum *Hermanno* Add. ad *Orph.* p. XII in corruptelae suspicionem vocare nolim. Nihil igitur obstat, quominus illum eandem sibi licentiam in voce Λύδιος sumsisse credamus.

Primum pro ὁποῖος, Atticorum consuetudine postulante, scribendum ὁ ποῖος. Vid. *Dawesii* Miscell. crit p 300. et *Porsoni* Cens. Aristoph. Br. p. 574. ed. *Schaef.* Fraudi haec res fuit *Heindorfio* ad *Platon.* Soph. p. 435. Hinc etiam in *Antiphanis* loco ap. *Athen.* p. 459. a. ποῖον repone pro οἷον. Deinde vellem editores docuissent, quo modo alteri versui sua constaret ratio. Noli dubitare scripsisse poetam:

ὀργιζόμενος. Α. ὁ ποῖος; Β. ὁ ποῖος; ὁ Βριαρέως —

in quibus perelegans est verborum ὁ ποῖος repetitio. Vid. *Valckenar.* ad *Eurip.* Phoen. 549. p. 81. b. et *Brunck.* ad *Aristoph.* Thesmoph. 650. ubi veram *Comici* lectionem, quae *Porsonum* quoque in Censura Arist. Br. p. 573. *Schaef.* fefellerat, nunc *Ravennatis* ope restituere licebit. Add. Ecclesiaz. 761. Equit. 31. et *Archippum* apud *Scholiast.* ad Vesp. 416. cujus locum sic scribendum judico:

α΄. οἴμοι. β΄. τί δήποτ' ἔστι; μῶν ἔδακέ τι σε;
α΄. ἔδακε; κατὰ μὲν οὖν ἔφαγε, κἀπέβρυξέ τις.

Eosdem hos versus tractavit *Jacobs.* Add. ad. *Athen.* p. 343. in cujus ratione illud maxime displicet, quod sanissima verba κατὰ μὲν οὖν ἔφαγε sollicitavit. Vid. *Schaefer.* ad *Longi* Pastor. p. 417.— Praeterea illud monendum, in *Timoclis* versu voc. Βριαρέως in tres syllabas coalescere.

P. 241. c. *Alexidis* ecloga haud scio an sic constitui debeat:

ά. Ὁ Κόρυδος οὗτος ὁ τὰ γελοῖ' εἰθισμένος
λέγειν Βλεπαῖος βούλετ' εἶναι· β. νοῦν γ' ἔχων·
πλουτεῖ γὰρ ὁ Βλεπαῖος. —

Nihil hic mutavi, nisi quod βούλετ' εἶναι pro εἶναι βούλεται reposui. Recte autem dicitur νοῦν γ' ἔχων, etiam sine καί. Vid. *Wyttenbach.* Epist. crit. p. 26. sq. et *Heindorf.* ad Platon. Charm. p. 64. Aliter haec *Jacobsius* tractavit.

P. 245. d. Non scribere potuit *Machon*:

μέλλων ποτ' οἰκοδομεῖν τὴν οἰκίαν, φίλον —

Repone τιν' οἰκίαν, et nihil est, quod non optime habeat.

P. 268. b. Initium fragmenti *Teleclidei* tanquam *Aristophanis* versum e Nubib. 960. laudat *Sextus Empir.* p. 359. *Fabr.* Sed hic frequens est litteratissimi philosophi error. Sic ille p. 252. *Hesiodo* versum tribuit, qui est *Homeri* in Odyss. XVII. 489 quod fugit *Fabricium.* Cfr. *Porson.* ad *Eurip.* Phoen. 567. — Ejusdem poetae v. 21. ita editur: λεκανίσι καὶ σίδ' ἀνάπαιστα παρῆν ἡδυσματίος κατάπαστα. Perquam incerta est ejusmodi locorum emendatio. Vide tamen an scripserit Comicus:

λεκαναῖς σκελίδες καὶ ψαιστὰ παρῆν ἡδυσματίοις κατάπαστα.

Cfr. *Pherecrat.* p. 269. a. Λεκαναῖς sine ἐν neminem offendet.

P. 299. f. *Antiphanes* scripsit, opinor, οὕτω 'στὶν ἅγιον παντελῶς τὸ θηρίον. Vulgo οὕτως ἔσθ' ἅγιον. — Quod *Jacobs.* conjecit οὕτως σφιν

ἄγιον — dubito an in Attico poeta eoque Comico admitti possit. Vid. *Matthiae* Grammat. Gr. §. 147. p. 175. — Mox in *Anaxandridis* v. 10. legendum opinor: τοὺς ἱερέας μὲν ἐνθάδ' ὁλοκλήρους νόμος Εἶναι, nisi forte ἱερέας recte in ultima syllaba produci potest, pariter atque ἱερέα in singulari.

P. 302. e. *Aristophanis* ecloga cum *Porsono* Praef. ad Hecub. XLVI. ita erat exhibenda:

' οὐκ ἐγχέλυν Βοιωτίαν, οὐ γλαῦκον οὐχὶ θύννου
ὑπογάστριον. —

Quod proxime sequitur *Theopompi* fragm. sic digerendum:

— ἰχθύων δὲ δὴ
ὑπογάστριον, ὦ Δαμᾶτις. —

*Aristophanei* loci numeros restitue etiam *Hermippo* ap. *Suid.* T. I. p. 211. *Cratino* ibid. T. III. p. 250. ubi metri ratio postulat, ut ὁ δ' ἐσκάριζε scribatur pro ὁ δὲ σκαρίζει, et *Anaxilae* ap. *Polluc.* II. 3. ubi scrib. ἡμεῖ δέ γε κτενίζομεν — aut ἡμεῖς δέ γ' ἐκτενίζομεν. — Neque alios numeros video in *Canthari* loco ap. *Athen.* p. 11. c. ut suspiceris ante γὰρ vocem bisyllabam excidisse, quae alterum versum ordiretur. Nisi forte deleta praepositione ἐν (vid. *Valcken.* ad. *Eurip.* Hipp. p. 226. a. et *Brunck.* ad *Aristoph.* Equ. 781. *Eupolis* apud *Photium* p. 264. scripsisse videtur: ὃς τὴν Μαραθῶνι κατέλιφ' ἡμῖν οὐσίαν) ad senarios

jambicos revocare malis, quod *Jacobsio* placuisse video.

P. 303. f. In *Antiphanis* loco: ὁ μὲν ἀγρῷ τρεφόμενος Ὄψον θαλάττιον [sic recte cl. editor. Malim tamen, ut causa corruptelae appareat, θαλάττιον ὄψον] οὗτος οὐδὲν ἐσθίει, nihil cum *Jacobsio* novandum, qui quum ὁ et οὗτος in eodem orationis membro consistere posse negat, non meminerat similium locorum, quos quavis fere pagina legerat. Vid. ut alios omittam *T. Hemsterh.* ad *Luc.* T. I. p. 297. et *Schaefer.* Melet. crit. p. 84. — Quartum *Antiphanis* versum recte legi puto in edit. *Schweigh.*; quamvis repugnante *Jacobsio.* Vs. 8. delendum γὰρ, ut recte monuit *Jacobsius.* Ibid. notandum ἀγρίως pro ἀγροίκως, damnatum illud ab *Ammonio*, et in Atticis scriptoribus longe rarissimum. Cfr. *Schaefer* ad *Theocr.* p. 240. — Sequentem versum sic corrigendum puto: τὰ δ' ἐγχέλεια γράψομαι λιποταξίου. Aliam viam *Erfurdt.* ingressus est.

P. 325. e. *Cratini* locum, duabus admissis correctionibus, integritati suae restitues:

Οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων ἐσθίειν ἔτι τρίγλην,
οὐδὲ τρυγόνος, οὐδὲ δεινοῦ φυὴν μελανούρου.

Legebatur ἔσθειν et οὐ δεινοῦ. Versus sunt Priapei.

P. 343. a. In *Antiphanis* v. 2. non dubitari potest, quin scribendum sit: τοὺς ἁλιέας· καὶ δὴ Διογείτων, νὴ Δία. — Deest vulgo parti-

cula δὴ, quae quam facile excidere potuerit, vel me tacente intelligitur. Ex eodem hoc corruptelarum fonte emendatio petenda est *Nicomacho* ap. *Athen.* p. 782.:

ὦ χρυσοκλαῦστα καὶ χρυσοῦς ἐμῶν.

Ingeniose *Jacobsius* add. ad. *Athen.* p. 248. conjicit: ὦ χρυσοκλαῦστα κἀκόλους χρυσοῦς ἐμῶν. Nondum tamen meae me poenitet conjecturae, qua scribendum putabam:

ὦ χαῖρε χρυσοκλαῦστα καὶ χρυσοῦς ἐμῶν.

Ad χρυσοῦς, *aureos*, nihil desideratur. χαῖρε autem, solenni scriptum compendio χρε, ante χρυσοκλ. facile excidere potuit. Similis orationis color est in illo *Aristoph.* Acharn. 872. ὦ χαῖρε κολλικοφάγε Βοιωτίδιον, quo loco utuntur *Athen.* III. p. 112. F. et *Stephan. Byzant.* p. 82. 17. — *Nicolaus Com.* apud *Stobae.* Tit. XIII. p. 324. *Schow.*:

καὶ νῦν μ' ὁ Λυδῶν τῶν πολυχρύσων ἄναξ
σύνδειπνον αὐτῷ κέκρικεν εἶναι φίλον.

Non licet, dum haec scribo, Grotiano Florilegio uti. Mihi vero certum est, καὶ post εἶναι esse inserendum. — *Diphilus* apud *Stobae.* Tit. XV. p. 328. *Schow.*:

ἔργον συναγαγεῖν σωρὸν ἐν πολλῷ χρόνῳ,
ἐν ἡμέρᾳ δὲ μίᾳ διαφορῆσαι ῥᾴδιον.

Dele ante διαφορῆσαι voculam μίᾳ, quae solet nonnunquam in hac formula reticeri. Vid. *Erfurdt.* ad *Sophocl.* Ajac. 131. et *Valcken.* ad

*Eurip.* Phoen. 543. p. 223 b. — *Aristophanes* Thesmoph. 768.

> οὐ φαίνετ' οὔπω· φέρε, τίν' ἂν τίν' ἄγγελον
> πέμψαιμ' ἐπ' αὐτόν;

Sic *Brunckius* e conjectura dedit pro τίν' οὖν ἄγγελον. At poterat lenius: Φέρε, τίν' οὖν ἂν ἄγγελον etc. — *Clearchus* apud *Athen.* p. 28. e. scripsisse videtur:

> οἶνος Λέσβιος
> ὃν αὐτὸς ἐποίησεν ὁ Μάρων, ὥς μοι δοκεῖ.

Vulgo Μάρων, μοι δοκῶ, constructionis ratione mirifice turbata. — *Poeta vetus* apud *Eustath.* p. 515. p. m. *Rom.* βριθὺς ὁπλιτοπάλας δάϊος ἀντιμάχοισιν. Insere καὶ ante δάϊος; nisi forte malis ἀντιμάχοις, ut sit dactylicus pentameter. Videtur *Aeschyli* esse fragmentum, cui priora βριθὺς ὁπλιτοπάλας diserte tribuuntur a *Plutarcho* Symp. II. 5. p. 640. a. Denique in *Ionis Tragici* loco apud *Sext. Emp.* p. 094. legendum: ἀλλ' εὖτ' Ἄρης νεοχμὸς [3]) ἐμπέσῃ στρατῷ.

---

3) Haec vox gravem corruptelam suscepit in *Alcmanis* fragm. apud *Priscianum*, eo loco, quo usus est *Hermannus* de Metr. p. 98.: νεομόναρχε παρθενοι ἀειδιν καὶ ναὸς ἁγνᾶς εὐπύργω θεραπαίνας. Corrigendum: νεοχμὸν ἄρχε etc. Nititur haec emendatio cum *Erotiani* loco in *Gloss. Hippocr.* p. 262. *Fr.* νεοχμόν, νεώτατον· ὡς καὶ Ἀλκμᾶν ἐν ᾱ μελῶν, tum vero *Scholiastae Hermog.* p. 400. auctoritate, ubi haec *Alcmanis* verba proferuntur: Μῶσ' αγε Μῶσα λιγεια Πολυμελὲς ἄειδε μελος νεοχμὸν Ἄρχαι παρθένοις καὶ αειδε. Cum his si ea, quae e *Prisciano* attulimus, conjunxeris, satis luculentum habebis *Alcmanis* fragmentum, quod ego ατματαν παρθενειων, quae

P. 348. e. Quintum *Machonis* versum ita editum video:

γυμναζομένους τῶν μειρακίων παρὰ τὸ πῦρ.

In quo quum metrum vitiatum esse vidisset *Casaubonus*, παραὶ scribendum putabat, quod

---

memorat *Stephan. Byzant.* sub voce Ἐρυσίχη p. 124. ed. Bas., exordium fuisse, et hoc fere modo constituendum suspicor:

Μῶσ' ἄγε Μῶσα λίγεια
Πολυμελὲς μέλος νεοχμὸν
Ἄρχε παρθένοις ἀείδεν
Καὶ ναὸς ἁγναῖς εὐπύργῳ θεραπαίναις.

Quod post πολυμελὲς sequebatur, ἄειδε, ut metro sensuique perniciosum, delevi. Ἀείδεν (pro ἀείδειν) et ἄρχε adscivi e *Prisciano*. Praeterea scripsi ἁγναῖς θερ. casu tertio. Ad eundem *Alcmanis* locum pertinere videntur haec, quae, celato auctoris nomine, profert *Etymol. Magn.* p. 589. 46. ἐτυμώτερον δὲ οἱ Δωριεῖς λέγουσι· Μῶσα γε Μοῦσα λίγεια; quae quomodo corrigenda sint, nunc apparere puto. Fallitur *Koenius* ad *Gregor. Corinth.* T. I. p. 247. *Sch.* — Sed quando semel de Lyricis dicere coeperim, age, *Alcaeo* quoque consulamus, eique fragmentum, in cujus possessionem nescio quem historicum involasse video, vindicemus. *Artemidorus* Onirocr. II. 25. ταύτης (τῆς δρυὸς) γὰρ τὸν καρπὸν ἤσθιον οἱ Ἀρκάδες· καὶ ὁ Ἀρχαῖός φησι· Ἀρκάδες ἔσσαν βαλανηφάγοι. *Reiffius* historicum quendam a *Scholiasta Nicandri* Ther. p. 49. Ald. commemoratum intelligendum putat. At vero ipsum illud ἔσσαν docere poterat, Ἀλκαῖος reponendum esse. Metrum est choriambicum. Et hoc quidem certum est. Sed quis tandem est ille historicus Ἀρχαῖος apud *Scholiastam Nicandri?* de quo ego ne fando quidem aliquid me audisse fateor. Nec *J. G. Vossius* de Histor. Gr. IV. 2. p. 405. aliunde eum, nisi ex hoc uno loco, nosse videtur. Quare magnopere vereor, ne Ἀχαιὸς scribendum sit. Ejusdem historici nomen in *Harpocrat.* p. 150. *Gron.* restituendum videtur, ubi meo quidem judicio *Alcaei* nulla esse potest commemoratio.

jure displicuit *Jacobsio*, qui ipse conjectura parum probabili reposuit *παρὰ τὴν πυράν*. Duabus litterulis additis scribendum:

*γυμναζομένους τῶν μειρακίσκων παρὰ τὸ πῦρ.*

Neque repugnem, si cui *μειρακιδίων* reponendum videatur, quae forma nonnunquam in alteram abiit [4]), ut in *Ephippi* fragm apud *Athen.* p, 618. a. ubi *μειράκιον* numerorum leges corrumpit. Praeferam tamen *μειρακίσκων*, etiam ob praecedens *γυμναζομένους*, quamquam *μειράκια γυμναζόμενοι* sive *οἱ γυμναζόμενοι τῶν μειρακίων* similibus exemplis defendi posse scio. Vid. *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. 1295.

P. 301. a. b. *Alexidis* versus apud *Schweigh.* ita concepti leguntur:

---

4) Contra *μειρακιδίων* perverse legitur in *Epicratis* loco apud *Athen.* p. 59. d. ubi *Erfurdtius* jure suo *τῶν μειρακίων* scribendum putavit, qui tamen de alterius formae sinceritate dubitare non debebat. In ejusdem *Epicratis* loco vs. 7. propter nimiam paroemiacorum viciniam *Erfurdtius* scribendum conjecit: *ἥκεις, λέξον δὴ πρὸς τᾶς γᾶς.* Non imiter. *Aristophanes* quidem in Thesmoph. 788. Br. tribus paroemiacis proxime se excipientibus uti non dubitavit:

*ἄγε δὴ πινάκων ξεστῶν δέλτοι,*
*δέξασθε σμίλης ὄλκους,*
*κήρυκας ἐμῶν μοχθῶν· οἴμοι·*
*τουτὶ τὸ ῥῶ μοχθηρόν, —*

et interjectis duobus anapaestis dimetris:

*κείνῃ, ταύτῃ· ταχέως χρή.*

Adderem *Sophocl.* Oedip. Colon. 174. sqq. nisi ibi e codd. *σοι* ante *πιστεῦσαι* inserendum esset, ut recte statuit *L. Doederlin.* Act. Phil. Mon. Vd. I. Fasc. I. p. 36.

καὶ γὰρ ἰψητοί τινες
παρῆσαν ἡμῖν δαιδαλαῖοί πως· τὰ γὰρ
κάλ' ἅπαντα Δαιδάλου καλοῦσιν ἔργα.

Haec ut ad justam metri formam revocaret, hoc modo constituit *Jacobsius:*

καὶ γὰρ ἰψητοί τινες παρῆσαν ἡμῖν δαιδάλεοι
πῶς; τὰ γὰρ κάλ' ἅπαντα Δαιδάλου καλοῦσιν ἔργ' ἀεί.

In qua conjectura praeter metricum παρόραμα, displicet illud πῶς in versus initio positum. Neque ἀεὶ in altero versu additum cuiquam probabit. Miror neminem vidisse, verba illa τὰ γὰρ καλὰ — ἔργα non *Alexidis* sed ipsius *Athenaei* esse; quod verum esse non dubitabit, qui haec *Eustathii* ad *Hom.* p. 1169. 12. perpenderit. Δαιδάλου γὰρ, inquit, ἐκάλουν ἔργον πᾶν τὸ καλόν· διὸ καὶ Ἄλεξίς φησιν· ἰψητοί τινες παρῆσαν δαιδάλεοί πως. Jam *Alexidis* verba optime procedunt:

— καὶ γὰρ ἰψητοί τινες
παρῆσαν ἡμῖν δαιδάλεοί πως. —

Omnino autem observare licet, *Athenaei* editores parcius ac negligentius, quam par erat, ad expoliendum Naucratitae Grammatici opus *Eustathium* adhibuisse; qui licet nonnisi Epitome *Athenaei* usus esse videatur, eam tamen multis partibus integriorem habuit, quam qua nostri *Athenaei* editores uti potuerunt. — Caeterum haud raro vel librariorum incuria, vel editorum negligentia accidisse videas, ut verba, quae poetae sunt, scriptori, qui illis utitur, et

quae scriptoris sunt, poetae tribuantur. Prioris generis exempla observavi haec: In ejusdem *Alexid.* ecloga apud *Athen.* p. 120 a. novissimus editor verba οὓς καὶ Τιμοκλῆς — εἶναι perperam *Athenaeo* tribuit, quum in prioribus editt. recte cum *Comici* verbis cohaereant. In *Eriphi* fragm. p. 58. b. post verba ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ totus senarius addendus: οὗτος δέ φησι ταῦτα τήν Λήδαν τεκεῖν· Sed hoc quidem nos non primi odorati sumus. Vid. *Porson.* ad *Eurip.* Med. p. 407. — *Alexis* ap. *Athen.* p. 510. a.

κἀκεῖ γὰρ ἄν τις ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἕνα καλῇ
πάρεισιν ὀκτωκαίδεκ' ἄλλοι κτλ.

Hic etiam locus integro senario augendus. Neque enim dubitari potest, quin his praefigi debeant, quae proxime tanquam *Athenaei* verba praecedunt:

ἄνθρωπος εἶναί μοι Κυρηναῖος δοκεῖς.

Rem extra dubium ponunt *Eustath.* ad Iliad. p. 1848. 32. et *Schol. Luciani* T. II. p. 540. Ac ne de metro timeas, Κυρήνη quamquam plerumque priorem syllabam producat, non desunt tamen exempla, in quibus corripiat. Vid. *Hermesian.* ap. *Athen.* p. 559. b. *Callimach.* Anal. Br. T. I. p. 474. et *Dionys.* T. II. p. 255. — *Scholiasta Victor.* apud. *Heynium* ad *Hom.* Iliad. Vol. VI. p. 645. καὶ ὁ Λυσίας τὸν Ἰφικράτην ποιεῖ λέγοντα· τραύματα ἔχω, οὐχ ἑτέρων ἐπ' ἐμὲ ἐρχομένων, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιών· * * * ἀνδρογύνης * * * καὶ ἔτ' ὀλίγα (fort. καὶ μετ'

ὀλίγα·) τραύματα ἐξόπισθεν ἔχων, τῆς δειλίας σημεῖα, καὶ οὐχὶ τοῦ θράσους. Haec omnia *Heynius* ad *Lysiae* orat. de *Iphicr.* prodit. refert. Vereor ut recte; Nam postrema quidem adeo manifesta prae se ferunt metri vestigia, ut, quin e poeta deprompta sint, dubitari nequeat. Scribe:

τραύματ' ἐξόπισθ' ἔχων,
τῆς δειλίας σημεῖα, κοὐχὶ τοῦ θράσους.

— *Schol. Platon.* p. 81. *Ruhnk.* ὡς ῥᾴδιον παντὸς εἶναι, τὸ λόγῳ διεξιέναι, παγχάλεπον δὲ τὸ ἔργῳ ἐπιχειρεῖν. Καὶ γὰρ λέγεται τὸ γνῶθι σαυτὸν ἐν λόγοις οὐδὲν μέγα, ἔργῳ δὲ μόνος τοῦτ' ἐπίσταται θεός. In his recte mihi duos senarios detexisse videor. — Repone:

τὸ γνῶθι σαυτὸν ἐν λόγοις οὐδὲν μέγα
ἔργῳ δὲ τοῦτο μόνος ἐπίσταται θεός.

Perquam similem *Jonis Tragici* sententiam servavit *Plutarchus* Consol. ad Apollon. p. 116. D. —

P. 337. c. Quintum *Machon.* eclogae sic exhibe:

ἰδὼν δ' ἐκεῖ θύοντα τὸν νεωκόρον.

Vulgo ἐπὶ θύοντα. Eadem est *Fiorilli* conjectura, quam *Schweigh.* sprevisse miror. Ibid. v. 9. non placet *Jacobsii* ratio. Inserta post καταγώγιον particula ἂν, meo quidem judicio nihil praeterea erit novandum.

P. 368. d. Initium fragmenti *Theopompi* ita editur:

ὁ μὲν
γὰρ ἄρτος ἡδύ· τὸ δὲ φενακίζειν πρόσον —

A γὰρ et similibus particulis non ordiri posse senarium, res est hodie longe notissima. Neque fugit hoc praestantissimum *Jacobsium*, cui, deleta voce ἄρτος, quam ex interpretatione irrepsisse suspicatur, scribendum videtur:

ὁ μὲν γὰρ ἡδύς· τὸ δὲ φενακ. —

Immo reponendum: ὁ μὲν ἄρτος ἡδύ· — deleta particula γὰρ, quam ex sequ. ἄρτος ortam esse apparet.

P. 370. b. In *Hipponactis* loco: ἡ θύεσκε Πανδώρῃ Θαργηλίοισιν ἔγχυτον πρὸ Φαρμάκου, postrema *Schweigh.* docte interpretatur: *priusquam patriae se devoveret. Jacobsius* vero locum corruptum esse pronunciat, quia Φάρμακον media brevi dicatur. Et sane hoc ita esse, sciunt omnes. *Photius* tamen in Lex. p. 467. οἱ Ἴωνες, inquit, ἐκτείνοντες λέγουσι Φάρμακον· οὗτοι γὰρ διὰ τὴν τῶν βαρβάρων παροίκησιν ἐλυμήναντο τῆς διαλέκτου τὸ πάτριον, τὰ μέτρα, τοὺς χρόνους. δηλοῖ καὶ Ἱππῶναξ. Non dubito, quin ad hunc ipsum *Hipponactis* locum respexerit *Photius*, de cujus observatione quid statuendum sit, aliis perpendendum relinquo. Mihi quidem parum commoda videtur.

P. 374. e. In *Epicharmi* loco: Δέλφακα τε τῶν γειτόνων τοῖς Ἐλευσίνοις φυλάσσων δαιμονίως ἀπώλεσα, leniter corrigendum: Ἐλευσινίοις, ut recte exhibet *Etymol. M.* p. 255. in. qui pro

τῶν γειτόνων insigni varietate praebet τὴν γείτονα. Idem pro Φυλάσσων habet Φύλασσε.

P. 382. e. In *Stratone*: μῆλα θυσιάζεις ἄρα; μὰ τὸν Δί' ἐγὼ μὲν οὖν — articulus ante Δία editoris conjecturae debetur. At nihil mutandum, nisi accentus: μῆλα θυσιάζεις ἆρα· μὰ Δί', ἐγὼ μὲν οὖν —. *Ibid.* v. 26. post καὶ μάλα, quod frequens est in responsionibus — vid. *Alexis.* ap. *Athen.* p. 337. c. *Machon.* p. 244. a. *Aristophan.* Nub. 1330. — interpungendum, et squ. versu scribendum: ἐξῆν δ' βούλει γ', ὦ μάγειρ', αὐτῷ λέγειν, h. e. *quidvis* illi dicendi potestas erat. Vid. *Schaef.* ad. *Dion.* p. 438. Mox v. 34. scrib. τοῦτο δ' ἔστι τί; et vs. 45. repone πλὴν ἱκέτευον.

P. 388. f. *Pherecrates*: ἔξεισιν ἄκων δεῦρο πέρδικος τρόπον. Cur tandem ἄκων? Suspicor:

ἔξεισιν οἴκων δεῦρο πέρδικος τρόπον.

Οι et ᾱ ubique confunduntur. In corruptissimo *Archelai* loco apud *Stobae.* Ecl. Phys. T. I. p. 8. ed. *Heer.* legendum puto: ἀρχὰ, καὶ ἁγεμὼν, καὶ κανὼν οὖσα, pro κοινωνοῦσα, quo nihil ineptius. Recte autem κανὼν, quod frequentissime ita dicitur. Vid. *Huschke* Anal. crit. p. 280. Add. *Longin.* in Fragm. VIII. 11. p. 206. ed. W. et *Plutarch.* Praec. Polit. p. 802. E. Lacuna, quae mox sequitur in *Archelai* loco, fort. per τυγχάνει explenda.

P. 396. a. *Eubuli* versum sine haesitatione ita refinge:

καὶ πνικτὰ Σικελὰ ποτανίων σωρεύματα,

pro Σικελικά. Idem mendum e *Polluce* sustulit *R. Bentlej.* Epist. ad. *Hemst.* p. 63. cfr. *Heindorf.* ad. *Plat.* T. II. p. 157.

P. 414. d. In *Achaei* v. 2. pro ἥβης σφριγῶντες scribendum erat ἥβῃ, ut vecte citant *Valcken.* ad *Euripid.* Hipp. p. 179. a. et *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 245. Mox v. 4. vellem critici constructionis rationem expediissent. Scribendum ἐλαίῳ pro ἐλαίου.

P. 417. c. Si quid mutandum in *Eubuli* loco, malim utique:

πονεῖν μὲν ἄμμες, καὶ φαγεῖν μέγ' ἀνδρικοὶ —

pro μὲν ἀνδρικοὶ, quod in μάλ' ἀνδρικοὶ mutabat *Jacobsius.* Sic μέγα πλούσιος et similia passim reperias. Vide *Schäfer.* ad *Longi* Pastor. p. 425. Tetigit etiam *Bentl.* ad *Callim.* Fragm. T. I. p. 483.

P. 426. c. Multa molitur editor, ut *Anaxilae* fragm. restituat. Sed vera illum lectio fugit. Repone:

καί τοι πολὺ γ' ἔσθ' ἥδιον· οὐ γὰρ ἄν ποτε
ἔπινον ἂν τρὶς ὕδατος, οἴνου δ' ἓν μόνον.

Nihil hic novavi, nisi quod v. 2. ἂν post ἔπινον adjeci. Vid. *Hermann.* ad *Viger.* p. 781. sqq. In primo autem versu nihil mutandum erat; ἥδιον enim, ut omnes illae comparativorum formae, mediam producit. Correptae certe rarissima prostant exempla. Non tamen omnino desunt, ut *Porsonus* putabat ad *Eu-*

*rip.* Orest. 499. *Aeschylus* apud *Athen.* p. 375. e.

ὄψον γένοιτ' ἂν ἀνδρὶ τοῦδε βέλτιον.

κάλλιον dixit Aristoph. Equ. 1264. et κακιων, de quo etiam *Valcken.* ad Phoen. 737. dubitabat, *Euripides* in fragm. p. 457. *Lips.* Denique ἔχθιον *Epicrates* apud *Athen.* p. 262. d.

τί γὰρ ἔχθιον ἢ παῖ παῖ καλεῖσθαι παρὰ πότον;

Hinc satis opinor se tuebitur *Euripid.* Suppl. 1130. *Herm.*

P. 430. d. Ingeniose *Grotetendius* in altero *Alcaei* versu scribendum conjecit:

κὰδδ' ἄειρε κυλίχναις μεγάλαις αἵματα ποικίλα.

Nescio tamen an αἷμα simpliciter de *vino* dici queat. *Androcydem* vinum *terrae sanguinem* dixisse non ignoro. Vid. *Ruhnk.* ad *Mureti* Var. Lect. X. 2. p. 275. ed. *Wolf.* Sed hoc in loco nullum illius conjecturae praesidium paratum est. Vulgata lectio est αἱ τὰ ποικίλα. Necdum poenitet me pristinae meae conjecturae, qua νάματα ποικίλα mihi scribendum videbatur.

P. 430. d. Corruptissimi *Pherecratis* fragm. versum primum: ἀπόθες ὦ γλύκη ὑδαρὴν ἐνέχεέν σοι, non dubito ita refingere;

ἀλλ' ἀπόθες, ὦ γλυκεῖ', ὑδαρὴν ἐνέχεέ σοι,

in quibus ἀλλ' *Schweigh.* debetur; qui postremum ejusdem eclogae versum justo audacius ita exhibuit:

ἔῤῥ' ἐς κόρακας! βατράχοις χέειν οἶνον σε δεῖ.

Vulgo οἰνοχοεῖν σε δεῖ legitur, quo servato

quantillae operae [5]) erat genuinam poetae scripturam restituere:

---

5) Eadem opera corrigendus *Platonis Comici* locus apud *Suid.* T. III. p. 575. ἐοίκασιν ἡμῖν οἱ νόμοι τούτοις τοῖς λεπτοῖς ἀραχνίοις, ἃ τοῖς τοίχοισιν ἡ φάλαγξ ὑφαίνει. Fragm. hoc longe elegantissimum e nobilissima *Platonis* fabula *Helladis* nomine insignita petitum est. Omisso fabulae indicio prostat etiam apud *Eustath.* ad *Homer.* p. 867. 55. *Rom.* qui, in caeteris nihil a *Suidae* lectionibus discedens, τούτοις post νόμοι omisit. Ad eundem locum respexit *Etymol. M.* p 786. 50 λέγεται δὲ καὶ θηλυκῶς, ἡ φάλαγξ. Πλάτων Ἑλλάδι. Ad senarios eum, sed infelici successu, revocare conatus est *Joh. Fabricius* ad *Sext. Emp.* p. 296. *Kusterus* vero ad *Suidam, de metro,* inquit, *quod prorsus turbatum est, restituendo despero.* Ego vero non dubito, haec ita a poeta scripta fuisse:

εἴξασιν ἡμῖν οἱ νόμοι τούτοισι τοῖσι λεπτοῖς
ἀραχνίοις ἃ τοῖσι τοίχοις ἡ φάλαγξ ὑφαίνει.

Versus sunt jambici tetrametri catal. Pro ἐοίκασιν atticam formam reposui, quam illustratam dederunt *Ruhnk.* ad *Timae.* p. 98. et *Pierson.* ad *Moer.* Att. p. 147. et ex ipso *Platone Comico* exsignavit *Eustath.* ad *Hom.* p. 1161. 40. *Rom.* — Ejusdem fabulae fragm. servavit *Pollux* X. 167. δεσμὸς μέν τοι σιδήρεος, οὗ μέμνηται Πλάτων ἐν Ἑλλάδι· λαβὼν οὖν τὸν σύλακα τὸν τοῦ προξένου κἄπειτα δῆσον αὐτόν. *Jungermanni* haec restituendi conatu nihil unquam vidi infelicius. Tu eosdem numeros restitue:

λαβὼν οὖν
τὸν σύλακα τὸν τοῦ προξένου κἄπειτα δῆσον αὐτόν.

Ubi obiter adverte κἄπειτα participio λαβὼν subjectum. Vid *Dawes.* Misc. cr. p. 279 *Heindorf.* ad *Platon.* T. II. p. 37. et T. IV. p. 310. Hinc in *Sophoclis* loco apud *Brunck.* in Fragm p. 658. et apud *Valcken.* Diatr. p. 194. B. legendum puto:

τί τοῦδε χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις ποτὲ
τοῦ γῆς ἐπιψαύσαντα, κᾆθ' ὑπὸ στέγῃ
πυκνῆς ἀκοῦσαι ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί.

— Obiter moneo *Platonis Comici* nomen restituendum videri *Etymologo M* p. 595 40 βουλευτής, βουλευτίς· τῶνδε βουλευτὶς πόνων· ἐν Ξαντρίαις. Haec quo jure ad *Aeschyli* Xan-

ἔῤῥ' ἐς κόρακας! βατράχοισιν οἰνοχοεῖν σε δεῖ.

Oblata hac opportunitate, de aliis quibusdam ejusdem Pherecratis fragmentis breviter videamus; *Athenaeus* p. 287. a. Φερεκράτης ἐν Μυρμηκανθρώποις εἰπων· ἄλλον φωνὴν οὐκ ἔχειν ἰχθῦν φασὶ τὸ παράπαν· ἐπιφέρει· νὴ τὼ θεὼ, οὐκ ἔστιν οὐδὲ εἷς ἢ βόαξ. Haec non dubito quin, paucis immutatis, ita ad jamb. trim. revocanda sint:

A. ἀλλὰ φωνὴν οὐκ ἔχειν
ἰχθύν γε φασὶ τὸ παράπαν. B. νὴ τὼ θεὼ,
οὐκ ἔστιν ἄλλος ἰχθὺς, οὐδεὶς ἢ βόαξ.

— Apud *Suidam* T. III. p. 661. et *Schol. Aristoph.* Av. 859.:

A. φέρ' ἴδω· κιθαρῳδὸς τίς κάκιστος ἐγένετο;
B. ὁ Πεισίου, Μέλης. A. μετὰ δὲ Μέλητα τίς;
ἔχ' ἀτρέμ'· ἐγᾦδα· Χαῖρίς ἐστι. —

Ita scribendus hic locus, quem infeliciter tractavit *Jo. Toupius* Emend. in *Suid.* p. 562. *Lips.* — Ejusdem *Comici* fragm. apud *Suid.* T. III. p. 601. ita editur, ut nulla metri spe-

---

trias relata sint, non apparet. Quanto probabilius est, post πόνων *Platonis* nomen excidisse, cujus Ξάντριαι passim laudantur a veteribus. Vocabulo βουλευτὶς auge lexica Denique *Phrynichi* locum videamus e Praepar. Sophist. apud *Ruhnk.* ad *Tim. Lexic. Plat* p. 20. Αἰσχύλος, οὐκέτ' ἀκταίνω, φησὶ βαρυτόνως, οἷο ν οὐκέτ' ὀρθοῦν δύναμαι ἐμαυτόν. Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι, ὡς ἀπὸ περισπωμένου. In *Philosophi Phaedone* quum frustra verbum ἀκταινῶσαι quaeratur, vix dubitari potest, quin ἐν τῷ Φάωνι reponendum sit, quae fabula etiam aliis in locis cum *Phaedone* a librariis commutata est. Vid. *Wyttenbach* ad *Platon.* Phaed. p. 265. cll. *Porsono* ad *Euripid.* Med. p. 409. b.

cies appareat. Constat autem, si quid video, glyconeis polischematistis, quos ita scribendos judico:

— ∪ — ∪ τοῖς δὲ κριταῖς
τοῖς νυνὶ κρίνουσι λέγω
μὴ 'πιορκεῖν, μηδ' ἀδίκως
κρίνειν· ἢ, νὴ τὸν φίλιον,
μῦθον εἰς ὑμᾶς ἕτερον.
Φιλοκράτης λέξει πολύ του —
του κακηγορίστερον. —

Novissimi vocabuli loco κακηγορικώτερον editur. Ad veram lectionem ducebat *Photius* p. 472. qui κακηγοριστότερον habet, quod quum probari vix possit in κακηγορίστερον mutavi. Confirmat *Pollux* II. 27. κακηγορίστερος παρὰ Φερεκράτει. Similes comparativorum formae sunt ὀψοφαγίστερος, πτωχίστερος, aliae, de quibus *Matthiae* Grammat. Gr. §. 128. 4. cll. *Eustath.* ad *Hom.* p. 867. 60. *Rom.* — Caeterum *Pherecratis* nomen nonnunquam cum *Pherecydide* commutatum est. Vid. *Valcken.* ad Schol. *Eurip.* Phoen. 666. Aliud exemplum hoc habe. *Erotianus Gloss. Hippocr.* p. 98. Fr. ἄρδαλον, ῥύπον ἢ μολυσμόν· καὶ γὰρ τὸ μολῦναι ἢ ῥυπᾶναι, ἀρδαλῶσαι λέγεται, καὶ ἄρδαλος ἄνθρωπος ὁ μὴ καθαρῶς ζῶν. Μέμνηται τῆς λέξεως Φερεκύδης ἐν Θαλάσσῃ καὶ Φιλήμων ἐν Πανηγύρει. Hinc *Franzius* satis ridicule in Indicem retulit: *Pherecydes scripsit de mari.* Verumenimvero scribendum: Φερεκράτης ἐν Θα-

λάσσῃ [6]) de qua *Pherecratis* fabula vid. *Jo. Toup* ad. *Suid.* T. I. p. 35. *Lips* et *Fabricium* Bibl. Gr. T. II. p. 474. *Harl.* Quin recte conjecerim nemo facile dubitabit, qui sciat, *Eustath.* ad *Homer.* p. 707. 36. diserte e *Pherecrate* afferre: τὸν ἱδρῶτα καὶ τὴν ἀρδαλίαν ἀπ' ἐμοῦ σπόγγισον, quae sic scribe:

τὸν ἱδρῶτα καὶ τὴν ἄρδαν ἀπ' ἐμοῦ σπόγγισον,

quod ipse confirmat *Eustath.* p. 1761. 29. celato auctoris nomine proferens: τὴν μὲν ἄρδαν ἀπ' ἐμοῦ σπόγγισον. *Philemonis* locus, ad quem respexit *Erotianus*, est apud *Etymol. M.* p. 436. 41.:

Αἰγύπτιος θοιμάτιον ἠρδάλωσέ μου.

Haec, ut sexcenta alia, frustra apud *Clericum* quaeras.

P. 554. d. In *Agathonis* fragmento homo litterarum imperitus figuram litterae Υ descripturus v. 5. haec dicit:

ἐφ' ἑνός τε κανόνος ἦσαν ἐζυγωμένοι δύο.

Nihil ad h. l. intpp. monuerunt, qui ne sensisse quidem videntur, hunc versum toto pede abundare. Delendum esse ἦσαν nemo dubitabit, qui secundum ejusdem fragm. versum contulerit:

ὀρθοί τε κανόνες ἐζυγωμένοι δύο.

---

6) Simili titulo, quamquam argumento longe diverso, fabulam scripsit *Epicharmus*: γᾶ καὶ θάλασσα, quod quum ignoraret novissimus *Sapph.* fragm. editor, incredibili plane errore lapsus est ad Fragm. CII. p. 152. ubi ipsam fabulae inscriptionem ad trochaicos, si diis placet, numeros revovare conatus est.

Hujusmodi similium locorum comparationes plurimum saepe ad veram scriptori lectionem restituendam valere, exquisitis exemplis docuit *Porsonus* in Censura Arist. Br. p. 573. *Schaef.* Addo aliud exemplum ex *Aristoph.* Pac. 916. φήσεις τί δῆτ', ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἶνον νέου λεπαστήν. Varia hic tentat *Brunck.* in Addend. p. 216. sed nullo magnopere cum fructu. Delendum esse φήσεις, non modo strophicus versus 859. docet: τί δῆτ' ἐπειδὰν νυμφίον μ' ὁρᾶτε λαμπρὸν ὄντα, sed etiam *Athenaeus* p. 485. a. qui hunc locum adducens importunum illud φήσεις omisit.

P. 473. e. *Eubuli* versum, et metro et sensu jubente, ita concipio:

ὁ δὲ κάνθαρος πάλαι κενὸς ὢν ξηραίνεται.

Aliam viam ingressum esse video *Jocobs.* Addit. p. 256. Legebatur πάλαι δὴ κενὸς ὡς.

P. 494. d. In *Antiphanis* ecloga non potest dubitari, quin legi debeat: τῆς συμμετρίας καὶ τῆς ἀφελείας οὕνεκα. Neque aliter haec exhibentur p. 446. c. Articulum ante ἀφελείας, sive, ut vulgo hic legitur, ἀσφαλείας, non sine gravi metri detrimento damnant *Jacobs.* p. 274. et *Schweigh.*, quorum ille scripsit τῆς συμμετρίας κἀφελείας οὕνεκα, quod nollem factum.

P. 496. e. In *Astydamantis* v. 4. nihil neque cum *Schweigh.* neque cum *Jocobsio* novandum, nisi quod δὲ ante δώδεκα inserendum videtur. Δύω vero Attico obtrudi non debebat.

Vid. *Porson.* ad *Eurip.* Orest. 1550. et *Valcken.* ad Phoen. 585. In illis: γρύψ, τὸ δ' ἕτερον πήγασος, ellipsis est verborum τὸ μὲν, quam rationem praeclare illustravit *Porson.* ad Orest. 891.

P, 503. a. Hoc *Athenaei* loco, in quo *Euphorionis* fabula Ἀποδιδοῦσα citatur, usus est *Fabricius.* Bibl. Gr. T. II. p. 304. ed. *Harl.*, ubi duas *Euphorionis Chalcidensis* fabulas a veteribus laudari contendit, alteram Ἀπολλόδωρος inscriptam, Ἀποδιδοῦσα alteram. At vereor equidem ne nunquam *Euphorio Chalcidensis* ad fabulas scribendas animum adjecerit; certe ex iis, quae nunc supersunt, reliquiis id colligi posse nego. Nam *Apollodorum* quidem quidvis potius quam Comoediam fuisse, e fragmentis, quamquam paucis illis, abunde patet. Vid. *Suidas* T. II. p. 674. — quae eadem leguntur apud *Harpocrat.* p. 129. et *Photium* Lex. p. 237. — et *Parthen.* Erot. XXVIII. p. 64. *Heyne.* Quod vero apud *Athenaeum* l. l. legitur: Εὐφορίων ἐν Ἀποδιδούσῃ, id librariis deberi suspicor, ac legendum puto: Εὔφρων ἐν Ἀποδιδούσῃ, cujus laudatissimi fragm. passim ab ipso Athenaeo laudantur, ut p. 100. d. et 307. e. Ejusdem *Comici* nomen p. 343. b. verissime e *Suida* restituit eruditissimus *Schweighaeuserus* pro vulgato Εὐφάνης, quem tamen quum universae antiquitati incognitum dicit, non omnino assentiar. Vide enim, ne *Euphanis Comici* mentionem fecerit *Stephan.*

*Byzant.* p. 227. 35. ed. Bas. Πάρνης, Πάρνηθος, τὸ ὄρος τῆς Ἀττικῆς (vid. Ruhnk. ad Tim. p. 208.). Τοῦτο δὲ ἀρσενικῶς λέγεται (non ubique). Ἐμφάνης (num Εὐφάνης?) ἐν Πυραυνῷ· ἐς κόρακας! ἥξω, φέρων δεῦρο τὸν Πάρνηθ' ὅλον. *Comicum* hic laudari, cum per se probabile est, tum vero ex eo elucet, quod eodem titulo [7]) *Alexin* quoque fabulam docuisse constat ex *Athen.* p. 258. c. Verba ipsa ita digerenda videntur:

ἐς κόρακας! ἥξω. φέρων
δεῦρο τὸν Πάρνηθ' ὅλον.

Neque repugnem tamen, si quis *Euphorionis* nomen in *Athenaeo* servare velit, modo hunc diversissimum esse concedat a *Chalcidensi* illo, cujus venustissimi, sed ejusdem obscurissimi (vid. insignem *Clementis Alex.* locum Strom. V. p. 244. 12. *Sylb.*) poetae aliquot fragmenta si, oblata hac opportunitate, pristino nitori suo restituero, nonnullam fortasse ab harum elegantiarum amatoribus gratiam iniisse videbor. — Apud *Eustath.* ad Odyss. IV. p. 1493. *Rom.*

φάρμακα πάσσειν
ὅσσ' ἐδάη Πολύδαμνα, Κταὶς ὅσα Μήδεια.

---

7) Πυραυνὸν scripsit etiam *Aristophon*, si vera est *R. Bentleji* conjectura in *Polluc.* IX. 70. ubi vulgo legitur ἐν τοῖς Ἀριστοφῶντος Διδύμαις ἢ Οὐλαύρῳ. Vid. Viri summi Epist. ad *Hemsterh.* p. 42. Lenior tamen nostra est conjectura: ἢ Θυραύλῳ.

Sic priora recte emandavit *Ruhnk.* Epist. crit. II. p. 260. Sed in altero versu nihil extricavit vir acutissimus. Scribo certus conjecturae:

ὅσσ' ἰδάη Πολύδαμνα, Κυτηϊὰς ὅσσα τε Μήδη.

Forma Μήδη pro Μήδεια *Euphorionem* quam maxime decet. Eadem utitur *Andromachus* in carmine, si numeros spectes, pereleganti apud *Galen* de Antid. vol. XIII. p. 875. *Chart.*

οὐ θερμὴν θαψόν τε καὶ ὠκόμορον πόμα Μήδης.

Similiter *Parthenius* apud. *Etymol. M.* p. 260. 29. Ἰφιγένη dixit pro Ιφιγένεια. Add. *Hemsterh.* ad *Callim.* Fragm. T. I. p. 489. et *Valcken.* ad *Callim.* Eleg. p. 79. — Apud *Eustath.* ad Iliad. I. p. 15. 11.

εἰ Φθίην χιλᾶο κατήια πάμπαν ἄγευστος·
τοὔνεκα Μυρμιδόνες μεν Ἀχιλέα φημίξαντο.

Erat χιλοῦ. Pro ἄγευστος vero reponendum ἄπαστος, ut recte habet *Etymol. M.* p. 181. 30. Illud ex interpretamento irrepsit. *Eustath.* ad *Dionys. Perieg.* 828. πάσασθαι ὅ ἐστι γεύσασθαι. *Hesych.* T. I. p. 429. ἄπαστος, ἄγευστος. Idem fragm. servavit *Jo. Tzetzes* Exeg. *Hom.* p. 61. 5. ubi mireris hominis vanitatem, haec non *Chalcidensi* sed *Aeschyli* patri tribuentis. Sed sic solet ille. — Apud *Stobaeum* Tit. LIX. p. 375.

τὸν δ' ἐκάλυψε θάλασσα λιλαιόμενον βιότοιο,
καὶ οἱ πηχέες ἄκρον ὑπερβαίνοντο ταθέντες
ἄχρεια σπαίροντες. —

Ὑπερβαίνοντο corruptum esse non dubito. An

*Grotius* medelam aliquam attulerit, nescio. Mihi vero ὑπερνήχοντο scribendum videtur. *Suidas* T. III. p. 544. ὑπερνήχεται, ὑπερβαίνει. — Apud *Schol. Sophoclis* Oed. V. Col. 683. πρόπρο δέ μιν δασπλῆτες ὀφειλομένην οἶμον Εὐμενίδες ἀργῆτα θυγατρίδαι Φόρκυνος, ναρκίσσοιο ἐπιστεφέες πλοκαμίδας. In loco desperatae sanitatis audaciori conjecturae locus non denegandus. Fort. scribendum:

Πρόπρο δὲ μιν δασπλῆτες ὀφειλομένην ἄγον οἶμον
Εὐμενίδες ἀργῆτα θυγατρίδαι Φόρκυνος
κλήμασι ναρκίσσοιο περιστεφέες πλοκαμῖδας.

Secundus versus quomodo emendari debeat, aliis indagandum relinquo. Locus ipse de *Oreste* intelligendus, et haud dubio e magno *Euphorionis* opera Ἄτακτα vel Μοψοπία inscripto petitus est. Vide *J. Toup.* Epist. crit. p. 133 Lips. et *Heynium* ad Virgilii Bucol. T. I. p. 199. ed. nov. — Apud *Etymol. M.* 203. 10.

Τὸν ῥα Ποσειδάωνι δαμασσαμένη τέκε μήτηρ
Βοιτὸν δ'ὀνόμηνε· τὸ γὰρ καλέουσι βοτῆρες,
ὅττι ῥα πατρῴησι βοῶν ἀπεθήκατο κόπροις.

Vs. 1. rectius puto legetur δαμασσαμένη τέκεν Ἄρνη, ut habet *Stephan. Byz.* p. 81. 50. Bas. ex quo hunc locum integro versu augere licet. Vs. 2. praetulerim καλέσαντο, quod praebet *Eudocia* Viol. p. 80. duos postremos hujus loci versus repetens. — *Ibidem* p. 109. 30. διὸ καὶ κατηγοροῦσι τοῦ Εὐφορίωνος (sic leg. pro Εὐφρονίωνος) εἰπόντος·

τέκνον μὴ σύγε μητρὸς ἀπ' αἰθερειῶνας ἀμήσῃς.

Sic legendus hic locus, quod extra dubium ponunt *Schol. Vict.* apud *Heynium* ad Hom. Il. Vol. VIII. p. 626. *Zonaras* Lex. T. I. p. 173. et *Stobaeus* Tit. LXXVI. p. 451. *Gesn.* Contra *Euphorionis* nomen perperam legi puto apud eundem *Etymol. M.* p. 194. 23. ubi *Cratetis Grammatici* commemoratio docet, Εὐφρόνιος reponendum esse, qui et ipse nobilis est Grammaticus, laudatus ille, ut alios mittam, ab *Athen.* p. 495. c. et *Schol. Aristoph.* Nub. 1267. Frequens autem est in *Etym. M.* nominum propriorum error [8]) ut p. 783. 50. τεταρτημόριον, τὸ τέταρτον

8) Pag. 762. 30. *Sophocli* tribuuntur, quae sunt *Aeschyli* in Prom 610. ubi quod vulgo legitur: λέξω τορῶς σοι πᾶν ὅ, τι χρήζεις μαθεῖν, si vera sunt, quae post *Porson.* ad *Eurip.* Orest. 64. observavit *Erfurdt.* Observ. crit. p. 13., ex *Etymol. M.* in ὅπερ χρήζεις mutare licet. — *Ibid.* p. 411. 42. citatur Ἡρόδοτος. Sed Ἡρώδης scrib. esse monuit etiam *Ruhnk.* Hist. crit. Orat. Gr. p. XCIX. Idem mendum est in *Zonarae* lex. p. 957. ubi rem non expediit doctissimus editor. Fuit autem ille *Herodes* Choliamborum scriptor, vixitque, nisi mea me fallit conjectura, *Hipponactis* temporibus, a quo perstringi videtur in fragm. ap. *Schol. Nicandri* Ther. 471. p. 44. b. *Ald.* — *Ibid.* p. 97. 4. pro Ξενοφῶν repone Ξενοφάνης, ut versiculus subjectus docet. — *Ibid.* p. 531. 54. pro Χρύσιππος, quem nemo facile fabulas scripsisse credat, scrib. Λύσιππος. Neque enim placet T Hemsterhusii ratio. ad Plut. p. 469. — *Ibid.* p. 357. 26. legitur: Ἄρχιππος· πλουτῶν νῦν ἐγενόμην χρημάτων ἐπήβολος. Corrige: Ἄρχιππος πλούτῳ· νῦν ἐγενόμην — Est versus troch. intio truncatus. *Archippi* Plutus laudatur a *Polluce, Schol. Aristophanis,* aliis Vid. *Fabric* B. Gr. Vol II. p. 423. — *Ibid.* p. 755 24. pro Γωάννης leg. Γοφων, unde haud contemnendum hujus *Tragici* fragm lucramur. Perpetua autem est syllabarum ων et ανης in nominibus propriis confusio. Vid.

τον μέρος τοῦ ὀβολοῦ· — τριτημόριον δὲ τοὺς ἐξ χαλκοῦς εἴρηκε Φιλόξενος. Scribe sine haesitatione Φιλήμων, quam emendationem in notis ad *Menandri Philemonisque* reliquias, quarum novam editionem paro, pluribus confirmabo. Tu vide interea *Polluc.* IX. 65. p. 1035. [9])

---

Vid. *Bast.* Comm. Palaeogr. p. 793. — *Ibid.* p. 588. 1. Μίμας γὰρ ὄρος ἐν τῇ Θράκῃ, ὡς παρ' Ἀμμωνίῳ· Ἤδη δ' ὑψιτενής τε Μίμας ὑπελείπετ' ὀπίσσω· Poetam *Ammonium* non novi. Fort. Ἀπολλωνίῳ scribendum. Versiculus subjectus e prima Argonautic. editione petitus videtur, de qua vide *Ruhnk.* Ep. cr. II. p. 190. sqq. qui quantum medelae tersissimo poetae ex *Etym. M.* attulerit, sciunt omnes. Neque tamen vir praestantissimus ita omnia exhausit, ut nihil aliis agendum reliquerit. Veluti L. I. v. 1249. μελέη δέ οἱ ἔπλετο φωνή; quae etsi nihil habeant, in quo quis offendere queat, praeferendum tamen puto, quod omisso, ut solet, auctoris nomine praebet *Etym. M.* p. 576. 36. μελέη δέ οἱ ἔπλετ' ἀϋτή. Sic in Glossario Gr. a *Rutgersio* Varr. Lectt. VI. 5. p. 553. vulgato, ἀϋτὴ per φωνὴ explicatur. Quam ibid. v. 1250. *Ruhnk.* restituit lectionem, ea iterum *Etymol.* p. 273. 16. auctoritate confirmatur, qui tacito auctoris nomine affert ὦρτο διέσθαι. Lib. IV. v. 1050. ἄγειν leg. videtur pro ἑλεῖν, ex *Etym.* p. 550. 14. et v. 1627. scribam: Ἀργήσταο νότοιο· χάροντο δὲ θυμὸν ἰαῇ. Vide varias lectt. et Etym. l. v. Ἀργήστης. Possem alia adjungere doctis lectoribus non displicitura. Sed haec in aliud tempus reservare praestat. Hoc unum adjicio, me *Etymologi* exemplari usum esse mutilo et defecto. Quare si quid horum, quae protuli, jam a *Sylburgio* in notis occupatum fuerit, id primo auctori restitutum volo.

9) *Philemonis* nomen etiam alibi corruptelas suscepisse animadverti. *Schol.* in *German.* Phaen. T. II. p. 37. ed. Buhle. *Et ipse Aratus, quod dicit Herodotus* (haec depravata sunt), *Jovem dictum aera, et Crates quidem ejusdem est opinionis, testemque esse Philonem Comicum dicit.* Repone: *Philemonem Comicum.* Ac ne dubites, locus, quem respexit, est apud *Stobae.* Ecl. Ph. T. I. p. 70. et p. 284. Ἀὴρ, ὃν ἄν τις

P. 526. e. *Alexidis* locum ab aliis aliter tentatum sic equidem correxerim:

> A. προσέτι δέ σοι παρὰ τοῦτο κάνδαυλόν τινα
> παραθήσομεν· B. κάνδαυλον; οὐκ ἐδήδοκα
> κάνδαυλον οὐδ' ἀκήκο' οὐδεπώποτε.

Quod primo versu reposui προσέτι, *Schweigh.* debetur. Vulgo ἔτι. Mox legebatur: κάνδαυλον οὐκ ἐδήδοκα, ἀλλ' οὐδ' ἀκήκο' οὐδέποτε. Vocula ἀλλ' ante οὐδὲ in membranis non comparet; κάνδαυλον vero, quod post ἐδήδοκα inserui, propter frequentem ejusdem vocabuli repetitionem facile excidere potuit. Vs. 10.

> πύον μέλιτος ὀξύβαφον ἀπὸ τηγάνου.

proclive esset, ut metri ratio sibi constaret, articulum ante τηγάνου inserere. At quum membr. habeant ἀπὸ ταγηνιω (sic), videndum ne ἀπὸ ταγηνίου scribendum sit; nisi forte ἀποταγηνιῶ reponendum, de quo tum demum recte judicari poterit, si quae praecedunt ad saniorem rationem reducta fuerint. Verbum ἀποταγηνίζειν, etsi in Lexicis frustra quaeratur, tamen in usu fuisse Graecis docet *Sotadis Comici* fragmen. apud *Athen.* p. 293. a.

> καρῖδας ἔλαβον· πρῶτον ἀπετηγάνισα
> ταύτας ἁπάσας.

bui, metro jubente, ἀπεταγήνισα corrigendum.

---

'νομάσειε καὶ Δία. Add. *Vita Arati* T. II. p. 448. ubi idem *Philemonis* fragm. servatum est. Hinc patet etiam in *Etymol. M.* p. 309. 38. Δία γὰρ καὶ τὸν ἀέρα φησὶ Πλάτων ὁ Κωμικός· Ἀὴρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία, reponendum esse Φιλήμων.

P. 523. d. In *Archilochi* loco prorsus inutilis et vero etiam falsa est *Schweigh.* conjectura, ἢ ἐρατὸς reponentis pro οὐδ' ἐρατὸς. Ejusdem poetae locus p. 433. e. sic erat exhibendus:

— μάχης δὲ τῆς σῆς, ὥστε διψέων πιεῖν,
ὣς ἐρέω —

ut trochaicorum appareant reliquiae. Sed quid obstat, quominus hoc loco de aliis quibusdam hujus poetae fragmentis dicam, praesertim quum nuperus editor ita susceptam provinciam administraverit, ut intelligentium judicum suffragia non laturus esse videatur.

Pag. 246. ed. *Liebel* e. *Schol. Nicandri* Ther. p. 35. b. *Ald.* afferuntur haec: Αργίλεπες δὲ, ἤγουν ἔκλευκοι. Αρχίλοχος δὲ ἀργιλιπής φησι. Haec sic interpretatur Liebelius: *Vocabulum* ἀργιλιπὴς — *Nicandro paroxytonon, Archilocho vero oxytonon fuit.* Si ipsum *Nicandrum* inspexisset, videsset, opinor, Scholiastam dicere, *Nicandrum usum esse forma* ἀργίλιψ, *Archilochum vero forma* ἀργιλιπής. Neutram vocem in Lexicis reperio. — Pag. 224. ex *Aeliani* H. A. IV. 4. et *Niceta* p. 116. miros effinxit senarios. Locus ita constitui posse videtur:

ἐς δὲ πόρνης ἔντερον
πολλάκις μεταῤῥυίσκει τὰ χρόνῳ τε καὶ πόνῳ
συλλεγέντα.

Quae enim sequuntur non *Archilochi* sed *Aeliani* verba sunt. Non melioris notae sunt illi

senarii quos p. 189. e *Theophilo* exsculpsit, quem locum dudum recte tractaverat *Luzacius*. Vid. *Passovium* Prolegg. ad Musae. p. 39. — Quod pag. 205. e *Villoisoni* Anecdot. Gr. T. II. p. 95. dedit fragmentum, ita legendum videtur:

νῦν Λεώφιλος μὲν ἄρχει, Λεώφιλος δ' ἐπικρατεῖ
Λεωφίλῳ δὲ πάντα κεῖται, Λεωφίλῳ δ' ἀκούεται.

Ex hoc loco expressum est insignis incerti *Comici* locus apud *Plutarch.* Praec. Polit. p. 811. F. quem correxit nuper *Porsonus* in Praefat. ad Hecub. p. XXVI. Λεώφιλος ter trisyllabum est. — Fragm. XLI. p. 124. sic edidit: Ἤμβλακον καί που τιν' ἄλλον ἥτ' ἄτη κιχήσατο. Vel levissima metricarum legum scientia eum docere poterat, scribendum esse ἠδ' ἄλη κιχήσατο, ut *Hermannum* aliquando conjicere memini. — Pag. 259. in *Schol. Villois.* ad Iliad. VI. p. 174. pro Ἀρχίλοχος corrigit Ἀντίμαχος. Immo legendum Ἀρίσταρχος, de qua frequentissima horum nominum permutatione vid. *Valcken.* ad Schol. *Eurip.* Phoen. 1165. ad Hippolyt. p. 288. et *Ruhnk.* Praefat. *Hesych.* T. II. p. VII. Eandem corruptelam tolle e *Suida* T. III. p. 583. med. — Fragm. XCVIII. p. 212. leviter ita corrigendum: ἀμυδρὰν χοιράδ' ἐξαλεύμενος, ut sit particula senarii. Fragm. CXLVIII. p. 244. non est *Archilochi*. Vid. *Bentleji* Epist. ad *Hemsterh.* p. 66. — Inter incerta p. 257. posuit etiam hoc, quod *Duckerus* quoque ad *Thucyd.* II. 45. ut *Archilocheum* excitavit:

τοῖς μὲν τεθνεῶσιν ἔλεος ἐπιεικὴς θεός·
τοῖς ζῶσι δ' ἔτερον ἀνοσιώτατον φθόνος.

At non *Archilochi* haec esse, sed *Timoclis* comici, cui ab aliis *Stobaei* libris tribuuntur, numeri ita evincunt, ut nullus sit dubitationi locus. Simili errore *Ruhnken. Callimacho* (p. 571. *Ern*) tribuit, quae *Comicum* auctorem habere, quovis pignore contenderim. — Fragm. CXLIII. p. 244. auctius exhiberi poterat e *Schol. Victor.* apud *Heynium* ad Hom. Vol. VIII. p. 608.

τὸν κεροπλάστην ἄειδε Γλαῦκον — .

Est versus troch. in fine mutilatus. — Sed finem faciam huic animadversioni, ubi fragm. aliquot indicavero a *Liebelio* praetermissa. *Photius* Lex. p. 142.

Κύψαντες ὕβριν ἀθλοιὴν ἀπέφλοσαν.

Idem p. 159. λείῳ γὰρ οὐδὲν ἐΦρόνεον, ubi λέως corrigendum esse e *Photii* verbis apparet. Sensus hic est: *nam nihil omnino intelligebant.* Neque *Plutarch.* negligendus pag. 931. E. *Steph.* Alia, eaque egregia, peti possunt e *Ruhnk.* ad *Vellej. Paterc.* I. 5. p. 20. Praefat. ad *Hesych.* p. VII. et e *Valcken.* observatt. ad Phoen. et Hippolyt. ll. ll.

P. 530. e. *Phoenicis Colophonii* ecloga multis variisque repleta est corruptelis, quas, qui novissime h. l. tractaverunt, non modo non minuisse, verum etiam auxisse videntur. Vs. 1.

ἀνὴρ Νῖνός τις ἐγένεθ', ὡς ἐγὼ κλύω.

Nihil hoc in loco novandum puto. Νίνος (sic enim recte editt.) priorem syllabam recte corripere potest, ut patet e *Chrysippo* ap. *Athen.* p. 336. a.

Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.

Neque ἐγὼ κλύω in corruptelae suspicionem vocem, quamquam lenis esset correctio ἐγὼ 'κούω. Sed videtur verbum κλύω, pariter atque θύω, μεθύω, αλύω [10]), et alia hujus generis, vocalem υ ancipitem habuisse. Vid. *Heyn.* ad Iliad. T. VII. p 408. Hinc intelligitur, non recte fecisse praestantissimum *Jacobs.* Addit. p. 287. qui verbis transpositis [11]) Ἀνήρ τις ἐγένεθ' ὡς

---

10) Ἀλύω in epicis poetis nunc correpta nunc producta media syllaba reperitur. Semper produci puto ab Atticis poetis. Vid *Aristoph.* Vesp. 111. *Aeschyl.* Sept. c. Th. 391. *Euripides* Orest. 277. Cycl. 443. apud *Galen.* de Hippocr. et Plat IV. 7. *Sophocl.* Phil. 174. Electr. 135. *Alexis* ap. Athen. p. 230.

11) Transpositionis remedium, quamvis impugnatum illud nuper a viris egregiis, quorum magna est apud me auctoritas, nihilo minus tamen nos quoque laborantibus aliquot poetarum locis adhibebimus. *Aristophan.* Equit. 415.

ἀπομυγδαλίας, ὥσπερ κυὼν, ὦ παμπόνηρε; πῶς οὖν
κυνὸς βορὰν σιτούμενος μάχει σὺ κυνοκεφάλῳ.

Mirum sane est, tam frequenter a librariis in prosodia vocis κεφαλὴ peccatum esse. Vid. *Ruhnk.* Epist. cr. II. p. 263. Magis etiam miror quae apud *Photium* reperio in Lex. p. 139. Κυνοκέφαλον, ἐν τοῖς δύο λλ λέγουσιν· οὕτως Ἀριστοφάνης. Non dubito quin ad hunc ipsum *Aristoph.* locum respexerit. Quid vero inde sequitur? Nihil, opinor, nisi veram *Aristoph.* loci scripturam jam *Photii* temporibus oblitteratam novo quodam sed infelici conatu a Grammaticis correctam fuisse. Omissa *Brunckii* ratione, quae nemini facile proba-

ἐγὼ κλύω Νῖνος scribendum putaverit. Easdem ob causas neque v. 16.:

---

bitur, scribendum puto: κυνοκεφάλῳ μάχει σύ. — *Hermippus Com.* apud *Stobae.* Ecl. Phys. T. I. p. 238.

ἐκεῖνός ἐστι τὴν ὄψιν στρογγύλος, ὦ πονηρέ.

Duplex vitium haec nostra tollit emendatio: στογγύλος τὴν ὄψιν — . *Phrynichus Comicus* Lexici Sangerm. ap. *Ruhnk.* ad Hymn. in Cerer. p. 35.

ὄνομα δέ μου
Μονότροπός ἐστι· ζῶ δὲ Τίμωνος βίον,
ἀπρόσοδον, ἄγαμον, ὀξύθυμον, ἄζυγον,
ἀγέλαστον, ἀδιάλεκτον, ἰδιογνώμονα.

Sic haec scrib. videntur, quae vulgo turbato verborum ordine proferuntur. Hinc vocab. ἀπρόσοδον Lexicis infer. *Archippi* versus inter *Plutarchi* Vit. Alcib. p. 129. B. verba latentes, leni transpositione admissa, sic scribendi videntur:

διακεχλιδὼς
[ὁδὲ] βαδίζει, θοἰμάτιον ἕλκων ὅπως
μάλιστα δόξει' ἐμφερὴς εἶναι πατρί,
κλασαυχενεύεταί τε καὶ τραυλίζεται.

Saepe tamen praeter necessitatem ad transpositionis remedium viros doctos confugere, multis nuper exemplis demonstravit *Erfurdt.* Obs. crit. p. 3. In *Theopompi* loco apud *Athen.* p. 471. a.

ἄρ' εἶ κάτοπτρον φύσεως, ἣν πλῆρες δοθῇς,

non erat cur *Jacobs.* verborum ordinem inverteret: φύσεως κάτοπτρον. Repone φύσεος. Simile viri egregii παρόραμα tetigit *Erfurdt.* p. 2. In *Aristoph.* Vesp. 733. *Brunckius* insigni audacia reposuit:

νῦν δ' αὖ παρών τις ἐμφανής σοι τῶν θεῶν,

pro vulgato: σοὶ δὲ νῦν τῶν θεῶν παρὼν ἐμφανής. Sed nihil hic mutandum erat. Carmen est antistrophicum. Stropha incipit a. v. 729 — 735. Antistropha v. 743 — 749. V. 732. δὴ cum Cod. Rav. delendum, et in antistr. κελεύοντος scribendum pro παρακελεύοντος. V. 747. cui respondet 733., e. Cod. τοῖσι pro τοῖς reponendum. Mox λόγοισι mutandum in λόγοις. V. 735. post δῆλος addendum ἐστὶ, quod a librariis ideo omissum est, ut metra sibi incognita ad senarios revo-

ἐγὼ Νῖνος πάλαι ποτ' ἐγινόμην πνεῦμα

quidquam mutandum, neque v. 12. ὅκου Νίνος νῦν ἐστὶ, καὶ τὸ σῆμ' ἴδε — tanquam spurius damnandus, quod sane non facturus fuisset *Jacobsius*, si Νίνος hoc versu non de *rege* sed de *urbe* intelligendum esse advertisset. Ilud ἴδε vero, vel potius ἴδει, ut in membr. scriptum est, non dubito quin alii me acutiores emendaturi sint. V. 15. οὐ γὰρ ἄλλα κηρύσσω. *Schweigh.* vertit: *nec enim vana sunt, quae denuncio.* ἄλλως sane *frustra* significat; sed ἄλλος qui pro μάταιος dixerit, scio neminem. Scribe mutato accentu οὐ γὰρ ἀλλὰ κηρύσσω. Frequens hoc poetis atticis. Vid. *Budaei* Comm. L. Gr. II. p. 461. et *Bentlej.* ad *Callim.* Fr. p. 461. *Ern.*

P. 535. a. In *Eupolidis* loco ne littera quidem mutanda est. Distingue:

Ἀλκιβιάδης ἐκ τῶν γυναικῶν ἐξίτω. Τί ληρεῖς·
οὐκ οἴκαδ' ἐλθὼν τὴν σεαυτοῦ γυμνάσεις δάμαρτα;

Petitum est hoc fragm. e. celeberrima *Eupolidis* fabula Κολάκων nomine inscripta, de qua pauca quaedam nec ea valde probanda dixit *T. Hemsterh.* ad *Polluc.* T. II. p. 1151. In hac ille fabula *Calliam*, qui, mortuo patre *Hipponico*, divitiis suis ad pessima quaeque abutebatur, acerbo sale perfricuerat. Facit huc *Athen.*

---

carent. Ibid. revocandum σὺ δὲ, quod Brunckius male mutavit in σὺ δ' αὖ. V. 744. corruptus est, ut e varr. lectt. apparet. V. 749. delendum γ', quod Brunckius demum invexit.

p. 218. b. τέθνηκε δὲ (sc. Hipponicus) πρὸ τῆς ἐπ' Ἀλκαίου (hoc est Olymp. LXXXIX. 3. Vid. Biblioth. Crit. Amstelodam. II. 3. p. 50) διδασκαλίας τῶν Εὐπόλιδος Κολάκων οὐ πολλῷ χρόνῳ κατὰ τὸ εἰκός. Πρόσφατον γάρ τινα τοῦ Καλλίου τὴν παράληψιν τῆς οὐσίας ἐμφαίνει τὸ δρᾶμα. Maxime vero in *Calliae* adulatores, quos ille plurimos alere solebat, hanc fabulam scriptam fuisse declarat *Maximus Tyr.* Dissert. IV. p. 46. ed. Dav. Ἀλλὰ Καλλίαν μὲν ἐν Διονυσίοις ἐκωμώδει Εὔπολις, ἰδιώτην ἄνδρα ἐν συμποσίοις κολακευόμενον, ὅπου τῆς κολακείας τὸ ἆθλον ἦν κύλικες καὶ ἑταῖραι, καὶ ἄλλαι ταπειναὶ καὶ ἀνδραποδώδεις ἡδοναί. Haec ad Κόλακας me recte retulisse dubitare non sinit *Athenaeus* VII. p. 286. b. Εὔπολις δ' ἐν Κόλαξίν φησιν. Παρὰ τῷ δὲ Καλλίᾳ πολλὴ θυμηδία, ἵνα πάρα μὲν κάραβοι, καὶ βατίδες, καὶ λαγὼ, καὶ γυναῖκες εἰλίποδες. Ad eandem fabulam referenda sunt haec apud *Plutarch. Cum Princ. Vir. philos.* p. 778. e. Ὥσπερ οὖν τοὺς Καλλίου κωμῳδουμένους κόλακας λέγουσιν, οὐ πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς εἴργει μὴ φοιτᾷν ἐπὶ δεῖπνον, κατὰ τὸν Εὔπολιν —; ex quibus lucem accipit alius *Plutarchi locus de Discr. Am. et Adul.* p. 50. d. οὐδὲ τοὺς ἀμφὶ πλουσίαν τράπεζαν ἐγκυκλουμένους, οὓς οὔτε πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς εἴργει μὴ φοιτᾷν ἐπὶ δεῖπνον. Alia non minus celebrata *Eupolidis* fabula est ea, quam Αἰγῶν nomine inscripsit. Ex hac insignem locum servavit *Plutarchus* Sympos. IV.

1. p. 662. E. ἀλλὰ τῷ μὲν αἱ παρ' Εὐπόλιδι αἶγες ἀντικαρτεροῦσι ὑμνοῦσαι τὴν τροφὴν ὡς παμμιγῆ καὶ ποικίλην οὖσαν, οὕτω πως λέγουσαι·

> Βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλατῆς
> πρίνου, κομάρου τε πτορθοὺς ἁπαλοὺς ἀποτρώγουσαι,
> καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' ἄλλ' οἷον, κυτίσου τ' ἠδὲ
> φάσκον εὐώδη, καὶ σμίλακα πολύφυλλον,
> κότινον, σχῖνον, μελίαν, δρῦν, κιττὸν, μυρίκην,
> πρόμαλον, ῥάμνον, φλόμον, ἀνθέρικον, κισθὸν,
> φηγὸν, θυμβρᾶν.

Facetissimum hoc fragm. ex *Eupolidis* Αἶξιν, in qua fabula caprae chori partes egisse videntur, depromptum esse, cum per se probabile erat, tum vero diserte testatur *Macrob.* Saturn. VII. 5. ex quo *Wyttenb.* se sic hunc locum edidisse dicit, ut eum adscripsimus. At vero neglexit vir eruditissimus aliquot quantivis pretii lectiones, quibus adjuti sic hunc locum integritati suae restitui posse existimamus:

> Βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης, πρίνου, κομάρου τε
> πτορθοὺς ἁπαλοὺς ἀποτρώγουσαι, καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' ἄλλα,
> κύτισον τ' ἠδὲ σφάκον εὐώδη, καὶ σμίλακα τὴν πολύφυλλον,
> κότινον, σχῖνον, μελίαν, πευκὴν, ἁλίαν, δρῦν, κιττὸν, ἐρείκην,
> πρόμαλον, ῥάμνον, φλόμον, ἀνθέρικον, κισθὸν, φηγὸν, θύμα,
> θυμβρᾶν.

Jam singularum correctionum rationem reddam. V. 1. tetigit *Jos. Scaliger.* ad *Varr.* de Ling. Latin. IV. p. 66., memoriae, opinor, errore, exhibens: παντοδαπῆς ἄπο. V. 2. scripsi καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' ἄλλα, ejecta voce οἷον, qua ad sensum minime indigemus. V. 3. certissima

conjectura edidi ἠδὲ σφάκον εὐώδη, pro ἠδὲ φάσκον ἐυώδη, numeris mirifice turbatis. Ἠδὲ ne quis cum *Jo. Toupio* Cur. Nov. in *Suid.* p. 265. Lips. ab attica scena alienum dicat prohibet *Aeschyl.* Pers. 467. *Alexis* apud *Athen.* p. 322. d. et *Euripid.* Hecub. 321. ubi vid. *Pors.* De σφάκῳ vid *Aristoph.* Therm. 486. *Alexis* ap. *Athen.* p. 170. b. et *Polluc.* VI. 66. *Ibid.* pro κυτίσον dedi κύτισον, quod est herbae genus capris maxime adamatae. Vid. *Theocr.* X. 30. *Servius* ad *Virg.* Eclog. I. 79. et *Schol. Nic.* Ther. 617. Mox *Macrobio* auctore articulum ante πολύφυλλον inserui. V. 4. *Macrobii* lectionem representavi, nisi quod apud hunc perperam scriptum est ἐρέκην pro ἐρείκην. Non puto tamen nos veram hujus versus scripturam tenere. Quid enim est illud ἁλίαν, quod quum neque *Plutarchus* habeat, magnopere vereor ne e praegresso μελίαν ortum sit. Fort. scripsit poeta:

κότινον, σχῖνον, μελίαν, πεύκην, μυρίκην, δρῦν, κιττὸν, ἐρείκην.

V. 4. Huc respexit Erotian. Gloss. *Hippocr.* p. 514. Fr. πρόμαλόν ἐστιν εἶδος φυτοῦ, οὗ μέμνηται καὶ Εὔπολις Αἰξίν. Mox ante θύμβραν e *Macrobio* inserui θύμα, quod apud *Plutarch.* propter vicinarum litterarum similitudinem facile excidere potuit. — Eandem, ex qua hoc fragm. desumtum est, *Eupolidis* fabulam ad partes vocat *Erotian.* Gloss. *Hipp.* p. 348. ubi quum σελαχίοισι per μικροῖς ἰχθυδίοις interpre-

tatus esset, haec addit: *μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Εὔπολις ἐν Αἰξὶ λέγων· ὡς ἤ ποτε αὐτὸν ἦν κάμη τις, εὐθέως ἐρεῖ πρὸς αὐτὸν πριόνοι σελάχιον· Τί δὲ ἦν λύκον κεκράξεται, φρασεῖται πρὸς τὸν αἰπόλον.* Quem ego locum ideo afferendum putavi, ut alios me acutiores ad eum emendandum excitarem; nam mihi quidem, licet aperta videam senariorum vestigia, nihil liquet, nisi postrema verba ita esse scribenda:

κεκράξεται φρασεῖ τε πρὸς τὸν αἰπόλον.

praeterea pro monstrosis istis *πριόνοι σελάχιον* reponendum *πρίω μοι* [12]) *σελάχιον*, quod verum esse docent *Herodian.* Gramm. p. 45. *Piers.* *καὶ πρίω τὸ προστακτικόν. Εὔπολις· πρίω μοι σελάχιον*, et *Etymol. M.* p. 132. 50. *καὶ πρίω* (sic. scribe. Acharnensium proprium fuisse dicit *Schol. Arist.* Ach. 34.) *μοι, φησὶν ὁ κωμῳδὸς, σελάχιον.* Atque haec quidem de Eupolideis sufficiant. Unum tamen est quod adjiciam. Ejusdem Comici fragmentum apud *Olympiod.* ad *Platon.* Phaed. p. 65. ed. *Heind.* ab aliis aliter tentatum ita constituendum videtur:

---

12) Haec verba restituenda videntur *Hegemoni Com.* ap. *Athen.* p. 108. c. *Μάλα ταχέως αὐτῶν πρίω πωλύπουν Καὶ δὸς καταφαγεῖν, κἀπὸ τηγάνου γόνον.* Multa hic temere mutavit *Jacobs.* addit. p. 71. Mihi quidem, inserto post *πρίω* pronomine *μοι*, nihil amplius desiderandum videtur. *Αὐτῶν* intelligo de nummis, quorum in praegressis mentio facta fuisse videtur. Pro *πωλύπουν* vero repone *πουλύπουν.* Alteram formam apud Atticos frustra quaeras.

τὶ δῆτ' ἐκεῖνον — ∪ ∪
τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην;
ὃς τἄλλα μὲν πεφρόντικεν,
πόθεν δὲ καταφαγεῖν ἔχοι,
τούτου κατημέληκεν.

Ubi lacunae signa posui, verbum videtur excidisse, unde accusativi ἐκεῖνον — pendent. Priora apud *Olymp.* ita vulgantur: τί δῆτ' ἐκεῖνον, τὸν ἀδολέσχην καὶ πτωχὸν, quae me recte correxisse patet ex *Etym. M.* p. 18. καὶ Σωκράτην πτωχὸν ἀδολεσχὴν ἔφη Εὔπολις, et e *Proclo Comm.* Mscr. in Plat. Parm. ap. *Ruhnk.* ad *Xenoph.* Mem. I. 2. 31. αὐτὸν μὲν τὸν Σωκράτην πτωχὸν αδολεσχὴν καλούντων τῶν κωμωδοποιῶν etc. [13])

13) Priorem *Eupolidei* fragm. partem praestantissimus *Ph. Buttmann.* apud *Heind.* ita ad scazontem revocavit: τί δῆτ' ἐκεῖνον ἀδολέσχην καὶ πτωχόν. At vereor equidem, ne nunquam hoc versuum genere scenici poetae usi fuerint. Afferuntur quidem a *Schol. Pind.* Olymp. X. 83. duo e *Diphili Theseide* choliambi; at hunc *Diphilum* a *Comico* diversissimum fuisse, oportuniore loco docebo. Quare facessat *Theseis* e *Fabriciano Diphili* fabularum indice, ejusmodi sordium, etiam post *Harlesii* curas, refertissimo. Neque plus tribuendum *Incerti Comici* fragmento apud *Sext. Emp.* p. 713.

κέρδαιν' ἑταῖρε καὶ θέρους καὶ χειμῶνος,

ubi corruptelam *Fabricius* bene perspexit, sed correctionem perverse instituit. Inauditum enim est, quod ille reposuit, χειμόνος. Non dubito quin χείματος poeta scripserit; quae forma nonnunquam in illam alteram abiit. *Hegemon Thas.* apud *Athen.* p. 407. a. dixisse videtur: φακῆ γὰρ ἀγαθὸν κἀν θέρει κἀν χείματι. Denique in *Alexandri* loco a *Schol. Villoison.* ad Iliad I. 226 allato:

ἰδοὺ κάτοπτρον· εἰπέ μοι τὶ χρὴ τοῦτο;

P. 553. a. *Cratini* locum ad trimetros, pervulgatum illud multorum Criticorum perfugium, revocare conatus est *Jacobs.* Addit. p. 293., cujus ratio, ut alia taceam, vel propterea probari nequit, quia θακεῖν ubique prima syllaba producta dicitur. Scribendum videtur:

Ἁπαλὸν δὲ σισύμβριον ἢ ῥόδον ἢ
κρίνον παρ' οὓς ἐθάκει·
παρὰ χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων ∪ ∪ —
σκίπωνά τ' ἠγόραζεν.

Ejusdem metri speciem in *Hermippi* loco apud *Athen.* p. 636. d. mihi videre videor. — Qui mox sequitur *Eubuli* locus, nulla indiget correctione, modo recte digeratur:

Ἀλλὰ παραλαβὼν ἀκράτῳ κροῦε καὶ δίδου πυκνάς,
καὶ βότρυς τρώγειν ἀνάγκαζ' αὐτὸν ἐξ οἱ συχνούς.

ubi notandum illud ἀκράτῳ κρούειν. Similiter *Plautus* Casin. III. 5. 16. se percussit flore Liberi. Convenit item illud *Ovidii* Rem. Am. 145.

Languor et immodici sub nullo vindice somni
Aleaque, et *multo tempora quassa mero.*

quae ducta videntur ex *Amphidis* Comici loco

---

aut τί τοῦτο χρή, aut τί χρὴ τόδε reponendum. Τοῦτο et τόδε frequenter permutari docuit *Porson.* ad *Eurip.* Phoen. 1597 cll. Praefat. ad Hecub. XLII Aliud exemplum praebet *Eupolidis* locus apud *Schol. Aristoph.* Nub. 550. p. 357. κἀκείνους τοὺς Ἱππέας συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην. Scribe:

κἀκείνους ἐγὼ τοὺς Ἱππέας
συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τῷδε, κἀδωρησάμην.

apud *Athen*. p. 168. b. διασειόμενοι τοὺς κροτάφους ὑπὸ τοῦ ἀκράτου.

P. 549. c. In *Menandri* loco quod cl. editor reposuit πολλὰς τὰς χολάδας κεῖσθαι παχὺν, numeros funditus evertit. Videant alii, an ex *Aeliani* narratione Var. Hist. IX. 13. aliquid lucis huic loco accendi possit. V. 1. ἴδιον ἐπιθυμῶν μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται Εὐθάνατος recte fecit *Schweigh.*, quod vulgatam scripturam servavit. Nihil enim hac casuum enallage frequentius. *Plato* Apol. p. 21. c. καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ, ἔδοξέ μοι οὗτος ὁ ἀνὴρ δοκεῖν μὲν εἶναι σοφός. Vid. *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. 292. et *Matthiae* Ausführl. Gr. Gr. p. 818.

P. 568. d. *Alexis*, quum in facetissima ecloga, quae trochaeis constat tetram. catal., varias meretricum artes persequutus esset, addit in fine:

σώματα καὶ ὄψεις διὰ τούτων σκευοποιοῦσι τῶν τεχνῶν.

Sic ex infelici *Grotii* conjectura edidit *Schweighaeuserus*, jure improbante *Jacobsio*, qui tamen ipse nihil definit. Vulgata lectio haec est: ὄψεις διὰ τούτων σκευοποιοῦσι τῶν τεχνῶν, in qua quid reprehendi queat, non video. Est senarius jamb. longe perfectissimus, quem nihil impedit quominus *Alexin* trochaicis versibus subjungere potuisse statuamus. [14])

---

14) Non dissimili ratione, si vera est nostra conjectu-

P. 569. a. In *Eubuli* v. 10. sq. editum video:

Ἑλλάδος ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου περὶ
στένω, ἣ Κυδίαν στρατηγὸν ἐξεπέμψατο.

Sic non scribi potuisse ab *Eubulo*, apparet. Non assentiar tamen eruditissimo *Jacobs.* scribenti: στένω, Κυδίαν στρατηγὸν ἣ 'ξεπέμψατο. Nam Κυδίας, quicunque demum fuerit (fortasse idem, cujus memoriam renovavit *Ruhnk.* Hist. crit. Orat. Gr. p. LXXIV.), quum haud dubie a κῦδος derivari debeat, priorem syllabam producit. Scribendum conjectura longe certissima:

Ἑλλάδος ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω,
ἣ Κυδίαν στρατηγὸν ἐξεπέμψατο.

deleta praepositione περὶ, quam sciolus aliquis intrusit. Verba lugendi apud Graecos pariter atque apud Romanos genitivum adsciscere egregie docuit *Wunderlich.* Observatt. critt. in *Aeschyl.*

---

ra, *Aristophan.* Pac. 732. anapaestis tetrametris trochaicum tetr. subjunxit. Locus in edit. *Brunck.* ita legitur:

ἣν ἔχομεν ὁδὸν, λόγον εἴπωμεν, χὤσα τε νοῦς αὐτὸς ἔχει γε.

Nihil hac lectione vidi inficetius. Antiquae editt. exhibent λόγων; eaedemque ineptum illud γε in fine omittunt, quod pariter atque λόγον ex uno Cod. *Brunckius* adscivit. Disputavit de hoc loco etiam *Porson.* Praef. Hecub. p. LII. gravissimum huic versui jam a multis saeculis vulnus impressum esse ratus. Ad veram Comici scripturam ducit Cod. B. qui ita habet: ἣν ἔχωμεν ὁδὸν λόγων εἴπωμεν, ὅσα τε νοῦς ἔχει. Sic etiam Rav. — Scribendum igitur:

ἣν ἔχομεν ὁδὸν λόγων εἴπωμεν, ὅσα τε νοῦς ἔχει.

Est trochaicus tetr., quem hoc quidem in loco recte *Aristophanes* anapaestis subjecisse videtur.

*schyl.* Cap. IV. p. 124. sqq. Ac ne dubites de emendationis veritate, vide mihi *Euripid.* Iphig. Aulid. 370.

Ἑλλάδος μάλιστ᾽ ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω,
ἢ θέλουσα δρᾷν τι κεδνόν —

P. 569. c. In *Xenarchi* v. 21. ἃς πῶς ποτ᾽, ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι, Βινεῖν δύνανται — parum scite *Schweigh.* conjecit πότνια [15]), quod numeros subvertit. *Porsonus* ad *Euripidis* Orest. 1246. „πότνια semper ultimam corripit." Refragatur etiam *Euripides* Hippol. 415. αἳ πῶς ποτ᾽, ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι, Βλέπουσιν εἰς πρόσωπα τῶν ξυνευνετῶν, quem locum *Xenarcho* obversatum fuisse monuit jam *Valckenarius.*

P. 577. c. Primos *Alexidis* versus egregie emendavit *Jacobsius*; sed leve vitium remansit in hoc:

ἢ πλουσιακόν τι τούτῳ προςπίπτει κακόν.

Repone τι τῷδε, aut, quod malim, τούτῳ τι προςπίπτει κακόν.

P. 577. d. In *Machonis* ecloga v. 1. pro

15) Frequens est harum vocum confusio. In *Orphic.* hymn. XVII. 8. *Hermannus* dedit: κύμασι τερπόμενος θηρσίν θ᾽ ἅμα, πότνιε δαῖμον, hac nota adscripta: *πότνιε δαῖμον scripsi ex Hymn. X. 20. Communes hae appellationes repeti solent.* At πότνιος vereor ut graecitas agnoscat. Rarissimum dicit *H. Stephan.* Append. Thes. Gr. p. 1697. a. c. Rectius, puto, *Schneiderus* Lex. Gr. s. v. masculinum unquam Graecis in usu fuisse negat. Quare in *Orpheo* revocandum, quod vulgo legitur, πόντιε δαίμων, et Hymn. X. 20. παντοτεχνὲς, πλάστειρα, πολύκτιτε, πότνιε δαῖμον, e Cod. scrib. πότνια δαῖμον.

σχήματι reponendum σχῆμά τι, ut recte monuit Jacobsius. Mox sequitur:

φασὶ καὶ τὴν Λαμίαν
τὸν βασιλέ' εὐμελῶς κελητίσαι ὑπέρ.

Non dubito, me recte conjecisse: ὑπερκελητίσαι, de quo Veneris genere vid. *Ruhnk.* ad *Rutil. Lup.* p. 260. Notanda vero ultima in βασιλέα brevis, cujus rei exempla quaedam congessit *Porson.* ad *Eurip.* Hec. p. 71. quibus addo *Theophil. Com.* ap. *Schol. Dion. Thr.* in *Bast.* Epist. crit. p. 149. *Lips.* τὸν τροφέα, τὸν σωτῆρα, δι' ὃν εἶδον νόμους, in cujus fragm. v. 1., qui mirifice viros doctos vexavit, omnis sublata erit offensio, si lenissima mutatione reposueris: καί τοι τί φημι, καὶ τί δρᾶσαι βούλομαι;

P. 580. e. Variae prostant in *Machonis* loco de vocab. λιπαρὸν doctt. virorum conjecturae. Mihi quidem, si ῥυπαρὸν reposueris, nihil amplius requirendum videtur. In ejusdem poetae dicam an nebulonis loco p. 581. c. editur:

ἐν σκυτοτομίῳ τινὶ μετά τινων καθήμενος.

In quo duplex inest vitium. Neque dactylum sequi potest anapaestus, neque σκῦτος priorem syllabam corripit. Vid. *Intpp.* ad *Aristoph.* Plut. 514. Hinc intelligitur in *Lycophr.* Cass. 73. veram esse lectionem ἐν ῥαπτῷ κύτει, non, quam propter majorem Codd. consensum, *Muellerus* probavit, ἐν ῥαπτῷ σκύτει. Adde quod ῥαπτὸν κύτος magis etiam Lycophroneo scribendi generi convenire videtur. Cfr. *Jos. Scaliger*

Conject. in *Varr.* IV. p. 67. Bip. In nostro loco sine controversia scribendum: ἐν σκυτοτομίῳ μετά τινων καθήμενος. *Ibid.* v. 38. ἔπειτ' ἐνειπεῖν, legendum aut ἔπειτ' ἀνειπεῖν, aut, quod malim, ἔπειτα δ' εἰπεῖν. Eadem confusio est v. 60. *Ibid.* p. 582. d. *Schweigh.* edidit:

καταπλαγεὶς δ' Εὐριπίδης
τὴν τόλμαν αὐτῆς· Καὶ γὰρ, ἔφη, τίς μοι δοκεῖς
σὺγ' αἰσχροποιός.

Membranae vero ad hanc ducunt scripturam: σὺ γὰρ, ἔφη, τίς μοι δοκεῖς Εἶν' αἰσχροποιός. Et sic hunc locum citavit *Porson.* ad *Eurip.* Med. p. 495. *Euripidis* versum ex Aeolo, quem tangit hic *Machon*, τί δ' αἰσχρὸν, εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκεῖ, alio modo usurpavit *Cleanthes* apud *Plutarch.* de aud. poet. p. 33. c. ubi rectius legi videtur ἦν — δοκῇς.

P. 552. e. In *Alexidis* loco miror *Schweigh.* dedisse:

κακῶς ἔχεις· στρουθὶς ἀκαρὴς, νὴ Δί' εἶ.

Jam *Casaub.* articulum ante Δία inserendum esse monuerat. Illa vero στρουθὶς ἀκαρὴς perperam intellexit cl. editor vertens: *tenuissimus passerulus.* Magis etiam *Toupium* ad *Suid.* T. III. p. 445. miror, qui ita reddiderit: *By Jove, you are no bigger than a sparrow.* Utrumque fugit exquisita significatio vocis ἀκαρὴς, quae multis in locis haec est, ut per *haud multum abest, quin* reddi debeat. Sic *Comicus inc.* apud *Ammon.* p. 10. *Valck.* κατέπεσον ἀκα-

ϱὴς τῷ δέει, quod recte explicat *H. Stephan.* Thes. Gr. L. Vol. II. p. 102. F. *minimum abfuit, quin collapsus sim prae metu.* Sic etiam *Menander* apud *Etym. M.* p. 45. 22. ὁϱᾷς; ἀκαϱὴς παϱαπόλωλας ἀϱτίως, ubi non adsentior *Bentlejo* Emend. in *Men.* p. 108. ὁϱᾷς; ἐν ἀκαϱεῖ corrigenti. Neque versus hanc mutationem requirit:

— ᴗ — ὁϱᾷς; ἀκαϱὴς παϱαπόλωλας ἀϱτίως.

Sunt reliquia versus *Eupolidei* polyschemastisti. Hinc igitur *Alexidis* locus ita intelligendus: *parum abest, quin sis passerulus.*

P. 583. b. Rectissime legitur in *Machonis* v. 45.

ἀλλ' ἐγχείτω μοι τέτταϱας κοτύλας ἔπειτ'
εἰς τὴν μεγάλην —

Subaudi οἰνοχόος vel simpliciter τίς. Plane sic *Theognis* 465. Br. τῷ πίνειν δ' ἐθέλοντι παϱασταδὸν οἰνοχοείτω, ubi confer *Brunckium.* Vid. etiam *Hermann.* ad *Viger.* p. 725. et *Erfurdt.* Obs. crit. p. 27. Hinc tueri licet *Tyrtae.* I. 27. νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν Ὄφϱ' ἄϱα τῆς (*Valcken.* diatr. p. 293. A. ὄφϱ' ἐϱατῆς, me quidem non probante) ἥβης ἄγλαον ἄνθος ἔχῃ, ubi *Fr. Thiersch* in Act. Phil. Monac. Vol. I. Fasc. II. p. 216. praeter necessitatem, opinor, νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν reposuit. In *Menandri* fragm. apud *Stephan. Byz.* de Dodon. p. 319. *Bentlejus* Emend. in *Men.* p. 14. edidit:

— τὸ Δωδωναῖον ἂν τὸ χαλκίον,
ὃ λέγουσιν ἠχεῖν, ἂν παϱάψηθ' ὁ παϱιὼν,

τὴν ἡμέραν ὅλην, καταπαύσαις θᾶττον, ἢ
ταύτην λέγουσαν· νύκτα γὰρ προσλαμβάνει.

Vulgo καταπαῦσαι, sive potius καταπαύσαι, quod, suppleto pronomine τίς, retineri potest. Sed aliud quid in hoc loco me male habet. Valde enim vereor, ne soloecismum sapiant illa: τὸ δωδωναῖον τὸ χαλκίον. Aut enim τὸ χαλκ. τὸ δωδ. aut τὸ δωδων. χαλκ. dicendum erat. Quare pro ἂν τὸ χαλκίον, quae *Bentl.* est conjectura pro vulgato ἄν τι χαλκίον, reponendum puto: ἄν τις χαλκίον. Jam rectissime sequitur καταπαύσαι, quam formam ne ab Atticis quidem scriptoribus alienam fuisse docuit *Schaefer.* Melet. cr. p. 85. et *Erfurdt.* ad *Sophocl.* Antig. 410. ed. alt. Add. *Philem.* apud *Stobae.* Tit. LXIII. p. 505. 7. ὅστις ἂν πλάσαι. *Antiphanes* apud *Athen.* p. 503. c. εἰ φράσαι τις. *Tragicus inc.* apud *Plutarch.* p. 813. παῖς ἂν κλίναι.

P. 588. F. In *Philetaeri* loco non dubitare debebat *Schweigh.* veram esse lectionem Γαλήνας. Et sic in *Hesychio* quoque corrigendum T. I. p. 796. Γαλίνη, ὄνομα κύριον ἑταίρας. Γάληνος piscatoris nomen est apud *Alciphr.* Epist. 1. 2. et Γαλήνην habes apud *Lucianum* T. I. p. 124. Hal. immo jam apud *Hesiod.* Theog. 747. Solebant autem veteres meretricibus nomina de mari petita injungere. Vid. *Athen.* p. 567. c.

P. 589. a. *Strattis:*

A. εἰσὶν δὲ πόθεν αἱ παῖδες αὗται, καὶ τίνες;
B. νυνὶ μὲν ἥκουσιν Μεγαρόθεν· εἰσὶ δὲ
Κορίνθιαι. Λαῒς μὲν ἡ μέγα κλέος.

In his postrema ἡ μέγα κλέος et metricis et grammaticis regulis repugnant. Omnis sublata esset offensio, si Λαῒς μὲν ἡ Μεγακλέους legeretur, in qua conjectura illud tantum dolendum est, quod nemo, quantum equidem sciam, diserte *Megaclen Laidis* patrem perhibuit. Caeterum quod in cod. A. post κλέος adjectum legitur ἰδὲ, id ex alterius versus fine ortum esse apparet; quod ut moneam in causa est *Schweigh.* error.

P. 638. f. In *Cratini* loco: ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλεῖ χόρον, nihil ad versus integritatem desiderabis si Σοφοκλέει reposueris. Multo majore molimine *Jacobs.* post αἰτοῦντι inseruit πὲρ.

P. 642. c. Graviter corruptum est *Clearchi* fragmentum. Partem saltem corruptelae removere licebit scribendo: ὦ παῖ, σὺ δὲ τίθει. Vid. *Porson.* ad *Eur.* Orest. 614. Mox in *Ephippi* locus sequitur ità scriptus: καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον, κόκκος, ἐρέβινθος, κύαμος, χόνδρος, τυρὸς, μέλι, σησαμίδες, βράχος, βρυγμὸς, μνοῦς, πυραμίδες, μῆλον, κάρυον, γάλα, κανναβίδες, κόγχαι, Διός ἐγκέφαλος. In his monstri similia sunt βράχος et βρυγμός. *Schweigh.* et *Dalec.* haec expediendi ratio non uno nomine laborat. Nihil difficultatis remanebit si βρυγμὸς mutaveris

in βρίγχος, βράχος vero utpote e διττογραφίᾳ [16]) ortum, plane deleveris. Βρίγχος sive

16) Frequentissimus corruptelarum fons. *Aristophan.* ap. *Polluc.* VI. 49 Τὸν σαπέρδην ἀποτῖλαι χρὴ, καὶ καταπλῦναι, κατεκπλῦναι, καὶ διαπλῦναι. Ex hoc loco verb. κατεκπλῦναι in Lexica relatum est. Vereor ut recte. Scribendum videtur:

τὸν σαπέρδην ἀποτῖλαι χρὴ,
καὶ καταπλῦναι, καὶ διαπλῦναι.

verbo κατεκπλῦναι, utpote e varia lectione orto, prorsus deleto. Nisi forte, quod cum maxime scribenti occurrit, reponendum est:

τὸν σαπέρδην ἀποτῖλαι χρὴ,
καὶ καταπλῦναι, κᾆτ' ἐκπλῦναι,
καὶ διαπλῦναι.

Sed de hoc quisque statuat, ut volet. Aliud dittographiae exemplum praebet *Plutarch.* p. 332. a. ἐν δὲ τῷ μακρῷ στενωπῷ Τύχης βωμὸς Εὐελπίδος ἢ ὡς Ἐλπίδος. In his postrema illa ἢ ὡς Ἐλπίδος adeo inepta sunt, ut quin deleri debeant, nullus dubitem. *Plutarchum* quum in manus sumserim, moneo *de Terrestr. et Aquat.* p. 966. a. in verbis καὶ σῦν μόνον καὶ ἔλαφον — mendum latere, quod *Wyttenb.* oculos effugit. Reponendum σῦν μονιόν. *Aelian.* H. A. VII. 47. καλοῦνται δὲ καὶ τῶν ὑῶν μονιοί τινες. Plura dedit *Bochart.* Hieroz. III. 29. et *Spanhem.* ad *Callim* T. II. p. 224. *Ern.* — Idem *de Superstit.* p. 170. e. *Steph.* καὶ γὰρ τοὺς τυράννους ἀσπάζονται, περιέπουσι, χρυσοῦς ἀνιστᾶσι, ἀλλὰ μισοῦσι σιγῇ κάρτα θύοντες. Apparet haec postrema longe ineptissima esse. Ingeniose *Jacobs.* Animadv. in *Stobae.* p. 216. conjecit κακορροθοῦντες. Sed veram *Plutarchi* manum *Wyttenbach.* exhibiturus fuisset, si datis opibus recte uti voluisset. Nihil enim ea lectione, quae in Codd. aliquot reperitur, elegantius et ad sententiam accommodatius: ἀλλὰ μισοῦσι σιγῇ κάρα σείοντες, quod duxit ille e *Sophoclis* Antig. 290. *Erf.*

ἄνδρες μόλις φέροντες ἐρρόθουν ἐμοὶ
κρυφῇ κάρα σείοντες.

ubi pro κρυφῇ *Plutarchus* σιγῇ legisse videri potest. — Fi-

βρίγκος, nam utroque modo scribitur, est *piscis* genus, cujus meminit *Mnesimachus* apud *Athen.* p. 403.

βρίγχος, τρίγλη, κόκκυξ, τρυγὼν,

et fort. *Numenius* p. 286. f. ubi vid. *Schweigh.* Vol. IV. p. 122. Si recte conjeci, locus ita ad anapaestos dimetros revocari poterit:

καὶ μετὰ δεῖπνον, κόκκος — —
εἶτ᾽ ἐρέβινθος, κύαμος, χόνδρος,
τυρὸς, μέλι, σησαμίδες, βρίγχος,
μνοῦς, πυραμίδες, μῆλον, κάρυον,
γάλα, καννάβιδες, κόγχαι, χυλὸς,
Διὸς ἐγκέφαλος.

Quod continue sequitur *Alexidis* fragm. ad senarios jambicos revocandum videtur:

τράπεζαν αἰρτέον
— — ἀπονίψασθαι δοτέον, προσοιστέος
στεφανὸς, μύρον, σπονδὴ, λιβανωτὸς, ἐσχαρίς,
δοτέον, τραγήματ᾽, ἔτι πλακοῦντος ἀπτέον.

P. 664. e. In *Menippi* loco περδίκια ὀλίγα non sunt, ut intp. vertit, *nonnullae* sed *parvulae perdiculae.* Vid. *Valcken.* ad *Eurip.* Hippol. p. 226. A. Quae mox de *Lacaena* sequuntur, temere cl. editor sollicitat. Omnem emen-

---

nem faciam huic animadversioni, ubi *Suidae* locum e *Plutarcho* sanavero. Vol. III. p. 469. de *Timagora* narratur: οὗτος πρεσβευτὴς πεμφθεὶς — οὐ μόνον χρυσίον ἔλαβε παρ᾽ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ κλίνην πολυτελῆ καὶ στρατιώτας θεράποντας. Repone στρώτας θεράποντας e *Plutarch.* Pelop. p. 294. E. unde hic *Suidae* locus desumtus est. Cfr. *Athen.* p. 48. d.

emendandi conatum retundet *Theogn.* v. 980. Br. χέρνιβα δ' αἶψα θύραζε φέροι, στεφανώματα δ' εἴσω Εὐειδὴς ῥαδινῇς χερσὶ Λάκαινα κόρη.

P. 666. d. In *Platonis* Comici loco, quum nescio quis coenam apparaturus, convivas, ut interea cottabi ludo animos suos exhilararent, hortatus esset, addit deinceps:

> ἀλλ' ἄνεμος ἐστάλλεις θυΐαν παῖς τεὸν
> φέρε τὴν θυείαν, αἴρ' ὕδωρ κτλ.

Tenebricosa haec verba multis variisque vexata sunt conjecturis, quibus omnibus facile palmam praeripiet haec *Hermanni* emendatio jamdudum a Summo Viro mecum communicata:

> B. ἀλλ' ἃ νόμος ἔστ'; A. ἀλλ' εἰς θυείαν παιστέον.
> φέρε τὴν θυείαν etc.

In παιστέον eodem tempore *A. F. Naekii* acumen inciderat.

P. 674. c. De numeris loci *Anacreontei* veluti in tenebris errant critici. Distingue:

> ἐπ' ὀφρύσσι σελίνων στεφανίσκους θέμενοι, θάλειαν
> ἑορτὴν ἀγάγωμεν Διονύσῳ· —

Sunt choriambi tetr. catal. cum basi bisyll. Ejusdem metri speciem *Cratino* restituamus apud *Suidam* Vol. III. p. 487. Κρατῖνος Πυλαίᾳ· Ἄνδρας σοφοὺς χρὴ τὸ παρὸν πρᾶγμ' ὡς καλῶς εἰς δύναμιν τίθεσθαι. Idem locus est apud *Photium* p. 437. ubi ἄνδρας non comparet, mox vero pro πρᾶγμ' ὡς καλῶς legitur πρᾶγμα καλῶς. Ad senarios haec revocare co-

nati sunt *Hemsterh.* ad *Lucian.* T. I. p. 485. *Toupius* ad *Suid.* III. p. 487. *Lips.* et *Gatakerus* ad *M. Anton.* VI. p. 171. B. quem sequitur *Jacobsius* ad *Anthol. Gr.* Vol. I. P. I. p. 293. Perperam, si quid video. Scribendum videtur:

σοφοὺς γὰρ ἄνδρας
χρὴ τὸ παρὸν πρᾶγμα καλῶς εἰς δύναμιν τίθεσθαι.

P. 678. e. In *Alexidis* fragmento transposita particula δὲ scribendum: ὁ τρίτος οὗτος δ' ἔχει Σύκων etc.

P. 685. a. In *Pherecratis* fragm. optima est membranorum lectio:

γελῶν δ' ἱπποσέλινα καὶ κοσμοσάνδαλα βαίνων.

De metro quidem non timere debebat *Schweigh.* Neque in sensu quidquam desidero.

P. 693. c. De metro si quaeris, ne minima quidem in *Eriphi* loco erit difficultas, si facta unius vocis transpositione scripseris:

ἐκπίῃ δέπας πρὶν ἀγαθοῦ δαίμονος πρῶτον λαβεῖν
πρὶν Διὸς σωτῆρος· —

Sed grammaticam loci rationem non expedio. Illud ἐκπίῃ ab iis pendere videtur, quae jam interciderunt. Choriambici metri vestigia, quae *Jacobsius* hoc in loco sibi animadvertisse videbatur, equidem non agnosco.

P. 700. c. Ἀριστοφάνης δ' Ἱππεῦσι·

τῶν δ' ἀκοντίων
συνδοῦντες ὀρθὰ τρία, λυχνείῳ χρώμεθα.

Haec non comparere in *Aristophanis* Equitibus monuit jam *Casaubonus.* Neque tamen *Schweigh.* conjecturam probem, ex altera Equitum recensione haec petita esse suspicantis, de qua qui prodiderit scio neminem. Quare adducor fere, ut Ἀντιφάνης δ' Ἱππεῦσιν *Athenaeum* scripsisse putem. *Antiphanis* Equites citat ipse *Athenaeus* p. 503. b. Neque inaudita est horum nominum commutatio. Sic in *Eustath.* Vol. I. p. 96. laudatur Ἀντιφάνης ἐν γλώσσαις. Sed corrig. Ἀριστοφάνης, cujus γλῶσσαι commemorantur ab *Hesych.* T. I. p. 5. et ab ipso *Eustathio* p. 566. Ejusdem *Antiphanis* nomen passim in *Antiphontis* nomen abiisse docuerunt *Valcken.* diatr. p. 95. c. et *Bastius* Epist. cr. p. 133. Lips. Aliud exemplum praebet *Zonaras* T. II. p. 1745. Τρίτην ἡμέραν χρὴ λέγειν, οὐχὶ τρεῖς ἡμέρας. — Μένανδρος· ἡμέραν τρίτην ἐπενόμασεν ἡμῖν. Ἀντιφῶν·

> ἐχθὲς μετὰ πέντ' ἔπινον, ἡμέραν τρίτην
> μεθ' ἑπτά.

Repone Ἀντιφάνης pro Ἀντιφῶν, eodemque modo corrige locum *Lexici* Mscr. apud *Ruhnken.* Dissert. de *Antiph.* p. 245. ex quo in *Menandri* loco apud *Zonaram* pro ἐπενόμασιν, cujus vera emendatio *Tittmannum* fugit, ἐπεκώμασεν reponendum. Senariorum reliquiae ita digerendae videntur:

> — ἡμέραν τρίτην
> ἐπεκώμασεν ἡμῖν. —

*Triduum apud nos comissatus est.* Sic verbo ἐπικωμάζειν τινὶ, ut alios omittam, utitur *Alciphron.* Epist. I, 39, 56. —

Sed haec hactenus. Scripsi Jenkaviae. mense Decembri anni MDCCCXIII.

*J. A. F. A. Meineke.*

# Corrigenda et addenda.

P. 7. l. 10. corrige *sycophantas* pro *sycophantes*.
P. 10. l. 17. pro *Pers.* 1051. scr. *S. c. Th.* 1075.
P. 13. l. ult. χώρει 's τὴν ναῦν reposuit etiam *Hotibius* in Lectt. Aristoph. p. 83. sed male judicat de δέει.
P. 19. l. 33. Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 284. conjecit κεραλκῆ.
P. 22. l. 21. In Aristophanis loco ἔναντα esse scribendum monuit etiam Hotibius, cujus Lectiones Aristophaneae serius ad me perlatae sunt, quam illa scripseram.
P. 26. l. 5. Dele verba: *Mox in — singulari.*
P. 27. l. 24. scr. ἐρυθρόχρων pro ἐρυθόχρων.
P. 29. l. 15. Unice verum est ἀντιπάλοις — sic enim scribere debebam, non ἀντιμάχοις. — *Aeschyli* hunc versum esse evincit *Plutarch.* de Fort. Alex. p. 334. d. Adde eundem de Roman. fort. p. p. 317. e. et compar. Cic. et Dem. in Wyttenb. Eccl. hist. p. 332.
P. 31. l. ult. scrib. *Vol. I.* pro Vd. I.
P. 34. l. 8. verba τραύματ' ἐξ. ἔχων non initium sed finem versus constituunt.
P. 38. l. 11. corr. *Grotefendius.*
P. 40. l. 7. post οὐκ ἔστιν exciderunt verba ἄλλος ἰχθύς.
P. 41. l. 2. corr. *polyschematistis.* Ibid. l. 6. scr. μὴ 'πιορκεῖν, et l. 8. delendum est punctum post ἕτερον.
P. 44. l. 23. post *laudatissimi* excidit *Comici.*
P. 46. l. 15. leg. κἀτήϊε pro κατήϊα, et l. 16. μιν pro μεν.
P. 47. l. 3. scr. ὑπερβαίνει. l. 15. *haud dubie.* l. 16. *opere.* l. 22. Βοιωτόν.
P. 48. l. antepenult. scr. Ιωάννης et Ιοφῶν.
P. 50. l. 26. leg. *ubi.*
P. 53. l. 17. scr. ἀθρόην pro ἀθλοήν.
P. 55. l. 18. scr. ἰδὶ. Ibidem comma post θοἰμάτιον delendum.
P. 58. l. 6. leg. κυτίσου.
P. 59. l. 9. leg. κυτίσου et *adamatum.*
P. 61. l. 1. repone — ◡ — pro — ◡◡.
P. 62. l. 16. leg. ἐξ οἴνου pro ἐξ οἰ.

P. 65. l. 29. pro κακὸν. corr. κακόν. Sed hoc in genere aliquoties operas peccasse video.
P. 67. l. 17. corr. δοκῇ pro δοκῆς.
P. 68. l. 24. leg. *improbante* pro *probante.*
P. 70. l. 9. leg. *Megaclem.* Ibid. l. 22. dele *in.*
P. 71. l. 2. corr. διττογραφεία.
P. 72. l. 14. corr. *continuo*, et l. 18. μύρον.
P. 74. l. 13. corr. *membranarum.*
P. 75. l. 11. scr. γλῶσσαι. — Sed minutiora persequi non vacat. Eram alia additurus, quae ad singulorum locorum tractationem spectarent. Plurima enim in his deprehendi, quae nunc vix recte disputata esse videantur. Neque id mirum videbitur ei, qui Solonis illud in promptu habeat: γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Sed quominus nunc quidem uberiorem de illis disputationem ingrediar, spatii temporisque angustiae prohibent. Non deerit tamen in posterum ejus rei opportunitas. Scripsi Gedani mense Octobri anni MDCCCXIV.

*J. A. F. A. Meineke,*
graecarum latinarumque litterarum in Athenaeo Gedan. professor.

IO. CHRIST. GOTTLIEB ERNESTI

PROF. PHILOS. EXTRAORD.

# EPISTOLA

AD

# IOH. FRIDERICVM SCHLEVSNERVM

(PROF. DESIGN. THEOLOGIAE IN ACADEM. GOTTINGENSI EXTRAORD.)

DE

# SVIDAE LEXICOGRAPHI VSV AD CRISIN ET INTERPRETATIONEM LIBR. SACRORVM.

LIPSIAE

EX OFFICINA SOMMERIA.

## AMICE CARISSIME!

Quanta eſſet rerum humanarum, et ſuauiſſimarum maxime, inconſtantia, cognoui ego quidem, dum vixi, ſaepiſſime, at nunquam cum maiore animi commotione atque aegritudine ſenſi, quam ex quo tempore *Tu* ex hac vrbe et hac patria *Tua* diſceſſum paraſti. Nihil familiaritate noſtra dulcius fuit, nihil ſuauius amicitià noſtra. Nata haec aetatis noſtrae tempore illo, quod et incitamenta et praeſidia maxima habet ad laetitiam, copulata deinde mirifico animorum noſtrorum conſenſu, nutrita et ſuſtentata mutuis officiis, amore, virtute, ſtudiis, denique corroborata annis, talis profecto mihi videbatur, quae, vt iunxerat et oblecta-

verat iuuenes, ita nos et copulatura et recreatura esset aliquando senes. Sed eheu! iuuenes seiungimur. — Et quam coniunctionem nostram nec labefactauit vnquam inuidia vel dissimulatio, nec ira vel odium sustulit, eam nunc dissoluit illa rerum omnium inconstantia, quam sum principio conquestus. Habebo igitur cur doleam, habebo profecto cur hanc sortem meam aegerrime feram, ore, voce, conuictu *Tuo* orbatus in posterum; nisi vnum illud me consolatur, et benefico quodam lenimine acceptum ex discessu *Tuo* dolorem sedat, quod intelligo *Te* mutato domicilio, animum erga me *Tuum* non mutaturum, *Tibi*que bene futurum esse in eo loco, ad quem mox es peruenturus. Vt enim honestum est, laetari amico, cum is tecum loquitur, agit, lateri inhaeret, ita aequissimum puto, cum illum melior fortuna auocat, tum ipsa

hac

hac fortuna meditanda iacturam ferre ſedatius. Abi igitur, Amice, feliciter, quo *Te* gloria vocat, quam *Tibi* virtute et ſtudiis paraſti. Ego ſolus quidem relinquor, ſed *Tui* imago, crede mihi, penitus infixa haeret animo meo. Aderit illa domi, ſequetur foras prodeuntem, comitabitur peregrinantem, ruſticantem, nec ſinet me vnquam ita ſolum eſſe, vt ſolitudine excrucier, neque prorſus ita relinquet feſſum laboribus, vt me non ſentiam cogitatione *Tui* recreatum. *Te* vero mei ſemper memorem fore, ita mihi certo perſuadeo, vt certo credo *Te* mihi eſſe amicum. Itaque, quem ad *Te* libellum hunc mitto, ne exiſtimes, quaeſo, a me ſcriptum eſſe propterea, vt *Tu* haberes, vnde memoriae vel incitamentum vel alimenta peteres, quo nihil profecto a *Tua* erga me amicitia atque animo alienius eſſe poteſt. Illud conuenientius erat,

me *Tibi* quoddam veluti monimentum amoris relinquere, quod quamuis valde dubito an futurum ſit aere perennius, tamen poterit et luculentior animi erga *Te* mei interpres eſſe, et apertius declarare, quo pacto primum orta, quibusue deinceps modis aucta et conſeruata fuerit familiaritas noſtra. Quemadmodum enim illa, vt non ignoras, in ipſis literarum circulis, intuentibus veluti, atque annuentibus Muſis nata eſt, ita poſthac, quotiescunque conueneramus otioſi, maxime ad literas mentem ſermonemque noſtrum direximus. Et cum ſaepe de re critica atque interpretatione librorum ſacrorum diſputavimus, tum inprimis nuper in Suida Lexicographo reſedit oratio noſtra. Peracto enim labore illo, quem, v bene ſcis, per plures annos in gloſſi ſacris ex Heſychii Lexico excerpendi collocaueram, quamuis incertus, f

cturi

ſturus ne operae pretium ſim, tamen de Suidae gloſſis eodem modo excutiendis tractandisque cogitare coepi. Ac praeter laboris ſimilitudinem quandam, ſtudium meum et illud incendebat, quod neminem putabam adhuc fuiſſe, qui illum Suidae vſum ſcripto libello declarauerit. Nam quae Kuſterus *) tanto opere celebratus ille a nonnullis Suidae interpres, de ratione et indole Lexici diſſerit, ea partim, vt caetera fere omnia quae ad Suidam congeſſit, manca et breuia ſunt, partim non proprie pertinent ad genus gloſſarum illud, quod mihi nunc examinandum ſumſi. Neque hanc omnem de gloſſis ſacris quaeſtionem attigerunt duumuiri nobiliſſimi, qui de Suida ſcripſerunt, Iac. Gro-

 no-

*) in praefatione editioni Suidae praefixa, et repetita in Fabric. Bibl. gr. Lib. V. cap. 40.

nouius *), et Io. Toupius. **) Vſus quidem eſt Bielius ***) illis Suidae gloſſis, ſed nec omnibus, neque cum delectu idoneo. Quare cum Lexicorum Heſychii et Suidae magna ſit ſimilitudo, comparando, et vt potero quidem perſpicue, at breuiſſime, efficere conabor, vt huius et indoles cognoſcatur, et vſus vel ad interpretationem vel ad criſin ſacram paullo luculentius intelligatur. Quam diſputationem exiſtimo *Tibi* eo iucundiorem fore, quod ea videri poteſt non inchoata nunc primum, ſed annexa ſermoni noſtro, quem nuper abrupimus.

Ea

*) Emendatt. in Suida, ad calcem decretor. Rom. et Aſiat. pro Iudaeis ex Ioſepho. Lugd. Bat. 1712. et in aliis lib. quos laudauit Fabricius l. c.

**) Emendatt. in Suidam.

***) in nouo Theſauro philol.

Ea vero, quae ad indolem auctoris noſtri pertinent, vel communia ſunt omnibus Lexicographis illius generis, vel Suidae inprimis propria. Ac commune quidem cum Heſychio et aliis illud habet, quod ad ordinem literarum, quem alphabeticum vulgo dicunt, diſpoſita vocabula ſunt, et voces explicandae non modo ad certum ſcriptoris alicuius locum ſpectant, ſed et eo caſu, perſona, modo, tempore poſitae ſunt, quod erat in ſcriptore illo, quem ante oculos habebat gloſſator: porro, quod ex omni ſcriptorum genere loca explicantur, adeoque gloſſae profanae ſacris ſunt permixtae. Sed de his et ſimilibus ex inſtituto diximus in diſſertatione de Heſychii gloſſis ſacris, propediem in lucem iterum proditura.

Quae autem reperimus Suidae propria eſſe, ea et plura ſunt, et grauiora,

ra, atque inprimis pertinent ad inſtitutum noſtrum, hoc eſt, ad gloſſas ſacras, quae vocantur, de quibus nunc erit nobis diſputandum. Primum itaque Suidas in vnaquaque fere gloſſa non ſcriptorem ſolum nominat, ſed et eius verba adponit, vnde deſumta vox ſit, quae in gloſſa explicatur. E qua illius conſuetudine, quid ad rem criticam vtilitatis redundare poſſit, infra paucis videbimus. Verum in eo genere non vnum Lexicographi noſtri vitium deprehenditur. Saepe enim forma illius verbi, quod in gloſſa poſuerat, non conuenit illi, quod in adiecto ſcriptoris loco legitur. Sic in illa gloſſa: *ἀποςυγῦντες. μισῦντες*, adfertur locus ex Ioſepho, in quo eſt *ἀποςυγήσας*. Peſſime vero. Nam hic locus, qui exemplum illius vocis *ἀποςυγεῖν* ſignificationis eſſe debebat, ſi verum quaerimus, huc pertinere non poteſt, quia for-

forma vocis eſt diuerſa. Igitur incerta ſit omnis loci illius interpretatio. Rectius igitur gloſſa illa, quam et habet Heſychius, refertur ad Rom. 12, 9. ἀποςυγȣ̃ντες τὸ πονηρὸν, ad quem locum etiam Theophylactus: ἐκ ψυχῆς μισȣ̃ντες. Ergo inanis eſt omnis illa loci ex Ioſepho commemoratio. Eandem Suidae negligentiam in alia gloſſa inueniſſe mihi videor, in qua erat fere ſubtilior inveſtigandi ratio. Nempe Heſychii gloſſa eſt: ἄπλαςος. ἀληθινὸς, ἄδολος. Hanc alibi dixi pertinere ad Geneſ. 25, 27. vbi Iacobus dicitur ἄνθρωπος ἄπλαςος. Ibi Aquila ἁπλȣ̃ς· Symm. ἄμωμος. Neque eſt, quod contra dici recte poſſit. Iam vero Suidas ad eandem hanc gloſſam adfert locum Damaſcii, in quo eſt ἄπλαςος αἰθὼς, *verus pudor*. Non nego gloſſemata illa explicare poſſe hanc formam dicendi; ſed ego non credo gloſſam pro-

proprie ad hunc locum pertinere. Nam ſi is, qui primus eam compoſuit, diſerte hunc Damaſcii locum explicare voluerit, debebat gloſſam ita enunciare: ἄπλαςος. ἀληθινὴ. ἄδολος, vt vocis αἰδὼς haberetur ratio. Ac poſſent talia exempla plura cumulari, ſi animus nunc eſſet, librum conſcribere, Vna gloſſa ſuccurrit, quae ſcribentis vitio potius laborare, quam ad hunc cenſum pertinere videtur. Ἀλλοτρίως. πολεμίως. καὶ ὁ Δαβὶδ. καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τȣ̃ δȣ́λȣ σȣ, τȣτέςι, δυσμενῶν. In promtu eſt, niſi omnem gloſſam, et inprimis exemplum ex Pſalmis petitum prorſus inane putemus, legendum eſſe ἀλλοτρίων. πολεμίων, vel certe ἀλλότριος. πολέμιος, quam eandem gloſſam et Heſychius habet. Illud autem adverbium ἀλλοτρίως nec in Heſychio extat, nec in Phauorino, qui inprimis ſtudioſe Suidam compilauit. Siquis au-

tem

tem vulgarem glossae illius lectionem defendere velit, is hoc ipso Suidam levitatis accusabit duplicem ob causam, primum, quod a consuetudine recessit ceterorum grammaticorum, deinde, quod vnius eiusdemque verbi vis alia esse potest, cum aduerbii formam habet, et rursus alia, cum idem formam induit adiectiui.

Quid vero cogitur ex his, quae hactenus sunt disputata? Scilicet Suidam longe superari ab Hesychio, quem in eo genere et accuratiorem et elegantiorem esse animaduertimus; deinde Hesychii Lexicon non solum compilatum a Suida, sed et loca veterum scriptorum, quae vbique fere in Hesychio desunt, a Suida, vel Grammaticis recentioribus negligenter et sine iudicio addita esse, quod ipsum Kusterum etiam adnotasse cognoui. Itaque, si qua cum

He-

Hesychio et Suida pugna occurrit, isti quam huic plus tribuendum fidei existimo.

Ad haec Grammatici nostri vitia accedit aliud, quod nescio errori an temeritati tribuendum sit potius, quod saepe scriptoris cuiusdam verba adfert, in quibus tamen illud ipsum vocabulum non extat, cuius causa locum attulerat. Sic ad hanc glossam: *ἀμπλάκημα. ἁμάρτημα* verba Diogenis Laertii laudat, in quibus legitur quidem vox *ἁμάρτημα*, sed alterius *ἀμπλάκημα* ne mentio quidem fit. Ergo quorsum ille locus allatus fuerit, difficile est intellectu. Imo certum est illam glossam pertinere ad graecam versionem Danielis 6, 5. *πᾶν παράπτωμα καὶ πᾶν ἀμπλάκημα*, cum et Albertus ad Hesychium commemoret glossas Mstas in Danielem, in quibus eadem illa legitur.

Quae

Quae quamuis ita ſunt, tamen haec Suidae loca veterum ſcriptorum laudandi conſuetudo, hunc ſaltem mihi vſum praeſtitit, vt in gloſſis praeſertim Heſychii certo loco ſcriptoris alicuius adſignandis, iudicium nonnunquam coercerem, et vlterius prius quaererem, quam ſententiam meam commendarem. Itaque ſaepius accidit, vt, cum aliquam gloſſam Heſychii ad locum ſcriptoris ſacri certum retuleram, at Suidam deinde euoluens videram alium ſcriptoris profani locum laudatum eſſe, cui non minus conueniret vocis ſignificatio, vt tum, inquam, in hac iudicandi incertitudine, dubiam reddere ſententiam meam, quam in temeritatis vel leuitatis crimen incurrere mallem. Heſychii eſt gloſſa haec: *γυρὸν. συγκεκλιμένον* (Heinſius vult *συγκεκυκλωμένον*) *κυρτὸν, ςρογγύλον. κυκλοειδῆ.* Sopingius et Heinſius adſcripſerant locum ex Sirac.

24,

24, 5. *γῦρον ὀυρανῦ ἐκύκλωσα μόνη.* Munkerus Esaiae 40, 22. *ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς.* His ego confisus glossam illam sacram esse pronuntiaui. Sed mox mutandam putaui sententiam, cum in Suidae eandem glossam incidissem, cui adscriptus erat versus ex Epigrammate graeco:

*γυρὸν κυανέης μόλιβον σημάντορα γραμμῆς.*

*Rotundum plumbum, quo nigra signatur linea.*

Quis enim, quaeso, vter locus respiciatur, certo adfirmare audeat?

Neque ad interpretationem sacram Suidas tantum, quantum Hesychius, vsum habet, si illas glossas excipias, quae ex Hesychio traductae videntur. Et Suidae omnis liber, si temporis iniuria periisset, eaque iactura non nisi interpretandi subsidia ex illo haurienda attin-

attingeret, vnus Theodoretus omnia illa, et longe plura nobis redderet. Nam quicquid interpretationis confertur in ea verba, quae ſunt ex graeca Vet. Veſtamenti verſione depromta, id ex Theodoreti Commentariis deſcriptum eſt, praeter paucas gloſſas, vt fit, quae vnde hauſtae ſint, nondum liquet. Sed vbi Theodoreti explicatio diffuſior erat, neque facta ad modum gloſſarum, quarum indoles et virtus in breuitate cernitur, accidit paſſim, vt gloſſator verba Theodoreti, cum vellet contrahere, mutilaret ita, vt non niſi integra illius oratione perlegenda intelligi hodie poſſint. Eius mutilationis exemplum eſt in illa gloſſa: *ἀνθομολογησόμεθα. ἀντὶ τοῦ εὐχαριστήσομεν. Δαβίδ. ἀνθομολογησόμεθά σοι ὁ θεὸς. ὑπὲρ τῆς εὐεργεσίας, ὁμολογοῦμεν χάριτας, καὶ ἀναγράπτους ταύτας ποιήσομεν.* Haec ergo ſunt transſcripta ex



Theo-

Theodoret. Comment. in Pſalm. 78, 13. vbi ille hoc modo: *τὰς ὑπὲρ τῆς εὐεργεσίας ὁμολογήσομεν χάριτας· καὶ ἀναγράπτȣς ταύτας πεποιηκότες, τοῖς ἐσομένοις ἀνθρώποις προσοίσομεν τὴν τȣ́των διήγησιν, gratias pro beneficiis agemus, cumque literis ea mandauerimus, poſteris hominibus horum narrationem trademus.* Quae quidem loca etiam ſi fere vbique adnotauit Kuſterus, tamen vnius gloſſae eius generis confuſio, tantopere ipſum perturbaſſe videtur, vt et vitioſe eam exhiberet, et verſionem plane non adderet. Gloſſa haec eſt: *ἐνθύμιον. καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίȣ βραχύ τι μόριον.* Non diu quaeſiui, cum eam reperirem ad Pſalm. 75, 10. pertinere, vbi haec ſunt: *καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίȣ ἑορτάσει σοι.* Deinde Theodoretum euolui, qui ad illum locum ita *Τȣ́των ἀπολαύσαντες τῶν ἀγαθῶν, εἰς ὑμνῳδίαν ἀφιερȣ͂μεν τȣ̀ς λογισμȣ̀ς, ȣ̓δ*

*βρα*

βραχύ αὐτῶν μόριον εἰς ἑτέραν ἀσχολᾶντες Φροντίδα. In promtu ergo eſt, ita legi gloſſam debuiſſe: ἐνθύμιον. (Δαβίδ) καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίᾳ· (τᾶτέςιν) βραχὺ τι μόριον.

Neque tamen Suidae deſunt eiusmodi gloſſae, e quibus augeri Hexapla Origenis poſſint. Talis eſt illa: ἑκᾶσια. ἃ οὐχ ὑπέκειντο νόμῳ, ἀλλὰ προαιρέσει. καὶ βροχὴν ἑκᾶσιον. ᾗτως οἱ ό. ὁ δὲ Ἀκύλας, ὄμβρον ἑκᾶσιον. ὁ δὲ Σύμμαχος, ὑετὸν ἑκᾶσιον. Haec dicta ſunt ad Pſalm. 67, 9. βροχὴν ἑκᾶσιον ἀφοριεῖς ὁ Θεὸς τῇ κληρονομίᾳ σᾶ etc. Sed nemo varias interpretum Aquilae et Symmachi explicationes adnotauit, nec habet iſtas Theodoretus, quem dixi a Suida exprimi fere in omnibus locis.

Praeterea obſeruaui plurimas fere illius gloſſas ad Pſalmos ſpectare, paucas admodum ad caeteros libros ſacros. Vnde valde vereor, ne ex Lexicis graecis in Pſalmos, qualia magno numero inueniri in nonnullis Bibliothecis ſaepe audiui, gloſſae multae in Suidam, et in caetera quoque gloſſaria graeca transſcriptae fuerint. Eſt enim tanta in huius generis Lexicis confuſio, vt, vnde, vel cui tribuendum ſit quodque, inueſtigare prorſus non liceat. Atque exinde et illud intelligo, quid ſit, quod gloſſae illae in Pſalmos, quarum ego ſatis magnum numerum ex Catalogo Mſtorum Bibliothecae Taurinenſis ad calcem gloſſarum ſacrarum Heſychii excudi curabo, non ſolum in Suida, ſed et in Lexico Cyrilli, quod Bielius ſaepe laudat, iisdem verbis legantur. Sed his obiter dictis, ad inſtitutum redeo. Ad Nouum igitur Teſtamentum

ſpe-

ſpectantes gloſſae et paucae ſunt, et iterum hauſtae ex variis interpretibus, inprimis ex Chryſoſtomo, et Theophylacto. Ergo de his quod adnotemus, nihil habemus.

Neque vero ſilentio praetermittenda eſt negligentia Kuſteri, quam in locis vel ſcripturae Sacrae vel veterum interpretum conquirendis declarauit, e quibus explicationes depromtae videbantur; ne quis forte Suidam ita excuſſum atque elaboratum exiſtimet, vt, quod inſuper addi poſſit, ne reſtet quidem. s igitur, vt ex multis pauca dem, ad loſſam illam: ἀνθέξεται. ἀντιλήψεται. ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου, haec notis poſuit: "*haec ſunt*, inquit, *rba Dauidis in Pſalmo aliquo*, *qui nunc n ſuccurrit.*„ O diligentiam admiran-

 dam

dam! Imo vero Dei ipſius verba illa ſunt ex Devter. 32, 41. — Non minus negligenter ſeſe geſſit Kuſterus in alio loco, qui ad criſin ſacram V. T. pertinet, et dignus erat accuratiori explicatione. Gloſſa eſt haec: ἄλλαγμα· ὁ προφήτης φησί, καὶ οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν ἡμῶν. Ille, "*locus prophetae*, inquit, *nunc non ſuccurrit. Sed ſi bene memini, legitur ibi ἀλαλάγμασιν, quam lectionem in verſione ſecutus ſum.*„ Male vero, inquam. Nam ſi inſpexiſſet ipſas verſiones veteres Pſalmi 43, 14. et cum hebr. contuliſſet, vbi eſt מחיר *pretium*, vidiſſet in Edit. Rom. Boſii vitioſe legi ἀλαλάγμασιν, quocunque demum modo ortum vitium fuerit. Non potuit aliquis, niſi dormitauerit, vere ἀλαλάγμασιν vertere, tum ob vocem hebr. tum ob omnem orationis contextum, qui alteram potius

tius lectionem ἀλλάγμασιν flagitat. Eam et Breitingerus in textum recepit, et defendit Bosius in animaduersionibus criticis ad h. l. Eandem in Theodoreti Commentario Schulzius expressit, quamuis alius Codex ἀλαλάγμασιν habebat. Deinde Diodorus explicauit πρᾶσιν. Symm. τιμήν. Denique Devter. 23, 18. eadem illa vox hebr. perspicue vertitur ἄλλαγμα cui respondet etiam τὸ μίσθωμα in membro parallelo. Neque nunc dicam de illius corrigendi, mutandi, transponendi libidine, quae et per omne Suidae opus diffusa, et omnibus est notissima.

Sed quoniam rei criticae mentio incidit, videamus, quid ea praesidii habere ex Suida possit. Ego enim, ex quo tempore Suidam tractare tentaui,

(quod etſi non eſt longum, tractaui tamen ex parte accuratius) putaui, ſi quid ex eo lucrum faciendum eſſet, illud eſſe maximum, quod ad criſin librorum ſacrorum rediret, cum integra loca, et ea ſatis longa, ex verſione illorum graeca gloſſis adſcripta paſſim animaduerterem. Deinde hanc quaeſtionem attingere *Tui* quoque cauſa debeo, amiciſſime SCHLEVSNERE, qui cum antehac ſummum ſtudium in illam doctrinae partem contuliſti, tum vero nuper, cum ad vſum Suidae criticum oratio noſtra perueniſſet, optabas, vt, qualis ille vſus eſſet, cognoſceres. Neque ego quidem adhuc, vt iam dixi, omnes Suidae veluti latebras ita excuſſi, vt in hac cauſa decernere mihi liceret, ſed, quantum poſſum coniectura aſſequi, vereor, vt id Suidas in hoc genere praeſtet, quod vt praeſtet, mecum et

*Tu*

*Tu* optabis, et optabunt fortaſſe plures. *) Recte, an falſo ita verear, iudicari poterit ex gloſſa ſequenti Suidae, locum ex libri Iudicum capite nono deſcriptum exhibente, quo, niſi fallor, non alius longior ex libris ſacris a gloſſatore translatus extat, et quem, praeter Grabium **), neminem cum Suida contuliſſe arbitror.

Ἀβιμέλεχ. ὄνομα κύριον. ὑιὸς Γεδεὼν. ὗτος ἐπάταξε τὺς ἀδελφὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν ἐλευθέρων, ἄνδρας ὁ ἐπὶ λίθον ἕνα. ἐξ ὧν οὐκ ἀπελείφθη πλὴν



*) vid. S. R. Semleri Epiſt. ad V. Griesbachium de emendandis graecis. V. T. interpretibus p. 9.

**) in Epiſt. ad Millium de genuina libri Iudicum verſ. Alex.

Ἰωάθαμ τοῦ νεωτέρου διαδράντος. ὅς καὶ παραπορευομένȣ τȣ͂ Ἀβιμέλεχ μετὰ τοῦ λαοῦ, ἀνῆλθεν ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρȣς, καὶ ἐπάρας τὴν φωνὴν αὐτȣ͂ ἔφη πρὸς αὐτοὺς παραβολὴν τοιαύτην. (7) Ἀκούσατέ μȣ ἄνδρες Σικίμων, καὶ ἀκȣ́σει ὑμῶν ὁ Θεός. (8) πορευόμενα ἐπορεύθησαν τὰ ξύλα, τοῦ χρίσαι βασιλέα ἐφ' ἑαυτῶν. καὶ εἶπον τῇ ἐλαίᾳ, βασίλευσον ἐφ' ἡμῶν. (9) καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ ἐλαία, ἀφεῖσα τὴν πιότητά μȣ, ἣν ἐδό-

v. 7. ἀκȣ́σει) propria Suidae lectio Ed. Rom. Ald. ἀκούσεται. Alex. et C. ἀκȣ́σαι. v. 8. ἐπορεύθησαν) Ita omnes, praeter Rom. ἐπορεύθη. ibid. ἐφ' ἑαυτῶν) Ita sola Ald. habet. Rom. ἐφ' ἑαυτὰ. Alex. ἑαυτοῖς. C. ἐπ' αὐτῶν. v. 9. ἀφεῖσα) Alex et Ald. sic. Rom. μὴ ἀπολείψασα. ib. ἣν ἐδόξασεν — οἱ ἄνθρωποι) Ita Ald. In Alex. deest οἱ Rom. ἐν ᾗ δοξάσȣσι τὸν Θεὸν ἄνδρες. ib. πορευθῶ) Sola Rom. πορεύσομαι κινεῖσθαι ἐπὶ τῶν ξύλων, et sic infra etiam.

ἐδόξασεν ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς καὶ οἱ ἄνθρωποι, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; (10) καὶ εἶπον τὰ ξύλα τῇ συκῇ, δεῦρο, βασίλευσον ἐφ' ἡμῶν. (11) καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ συκῆ, ἀφεῖσα τὴν γλυκύτητά μȣ, καὶ τὸ γέννημά μȣ τὸ ἀγαθὸν, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; (12) καὶ εἶπον τὰ ξύλα πρὸς τὴν ἄμπελον, δεῦρο βασίλευσον ἐφ' ἡμῶν. (13) καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ ἄμπελος, ἀφεῖσα τὸν οἶνον μȣ καὶ τὴν εὐφροσύνην τῶν ἀνθρώπων, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; (14) καὶ εἶπον

v. 10 εἶπον) Sic Ald. et Rom. In Alex. εἶπαν. v. 11. πορευθῶ) vt Ald. In Alex. καὶ πορευθῶ. Rom. vt in verſu. 9. v. 12. πρὸς τὴν ἀμπ.) Ita ed. Rom. Caeterae τῇ ἀμπέλῳ. v. 13 καὶ τὴν εὐφρ.) In caet. deeſt καὶ. Sed εὐφροσύνην τῶν ἀνθρώπων habet et Ald. -- Alex. τὴν παρὰ τȣ̃ Θεȣ̃ καὶ τῶν ἀνθρώπων. Rom. τὸν εὐφραίνοντα θεὸν καὶ ἀνθρώπȣς. ib. τῶν ξύλων) vt Ald. — Alex. ξύλων. v. 14. πάντα τὰ ξύλα) Deeſt πάντα in ſola Alex. quam-

που πάντα τὰ ξύλα τῇ ῥάμνῳ, δεῦρο, σὺ βασίλευσον ἐφ' ἡμῶν. (15) καὶ εἶπεν ἡ ῥάμνος πρὸς τὰ ξύλα, εἰ ἐν ἀληθείᾳ χρίετέ με ὑμεῖς τȣ̃ βασιλεύειν ἐφ' ὑμῶν, δεῦτε, ὑπόςητε ἐν τῇ σκιᾷ μου. καὶ εἰ μή, ἐξέλθῃ πῦρ ἀπ' ἐμȣ̃, καὶ καταφάγῃ τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου. (16 — 23) Καὶ νῦν εἰ ἐν ἀληθείᾳ καὶ ὁσιότητι ἐποιήσατε μετὰ τοῦ πατρὸς μου, καὶ μετὰ τοῦ οἴκου αὐτοῦ καὶ ἐβασιλεύσατε τὸν Ἀβιμέλεχ υἱὸν τῆς παι-

quamuis eſt in textu hebr. ib. τῇ ῥάμνῳ) vt Rom. In Alex. et Ald. πρὸς τὴν ῥάμνον. v. 15. τοῦ βασιλεύειν) vt Rom. et Ald. In Alex. εἰς βασιλέα ib. ἐφ' ἡμῶν) vt Alex. — In Rom. et Ald. ἐφ' ἡμᾶς. ib. ὑπόςητε — μȣ) Sic Rom. ed. In Alex. Ald. C. πεποίθατε ἐν τῇ σκέπῃ μȣ. ib. ἐξέλθῃ) Alex. Rom. et Ald. ἐξέλθοι — καταφάγοι. ib. ἀπ' ἐμȣ̃) vt Rom. Caeterae ἐκ τῆς ῥάμνȣ. v. 16. ὁσιότητι) vt Ox. In caeteris τελειότητι.

παιδίσκης αὐτȢ ἐπὶ τοὺς ἄνδρας Σικίμων, εὐφρανθείητε ἐν αὐτῷ, καὶ εὐφρανθείη γε καὶ αὐτὸς ἐν ὑμῖν. εἰ δὲ μή, ἐξέλθοι πῦρ ἐξ Ἀβιμέλεχ, καὶ καταφάγοι τοὺς ἄρχοντας ὑμῶν, καὶ τοὺς οἴκους αὐτῶν. καὶ ἐξέλθοι πῦρ ἐκ τῶν ἀνδρῶν Σικίμων, καὶ καταφάγοι τὸν Ἀβιμέλεχ. καὶ ἀπέδρα Ἰωάθαμ ἀπό προσώπου Ἀβιμέλεχ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀβιμέλεχ ἦρξεν ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ ἔτη τρία. (23) Καὶ ἐξαπέςειλεν ὁ θεὸς πνεῦμα πονηρὸν αναμέσον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀναμέσον ἀνδρῶν Σικίμων. Καὶ ἠθέτησαν οἱ ἄνδρες Σικίμων ἐν τῷ οἴκῳ Ἀβιμέλεχ,

(24)

*τητι.* Quae ſequuntur vsque ad v. 23. ita contracta et mutata ſunt a gloſſatore, ſiue errore quodam oculorum, ſiue de induſtria, vt varietas lectionis ex iis nullo modo conſtitui vel iudicari poſſit.

(24) τοῦ ἐπαγαγεῖν ἀδικίαν καὶ τὸ αἷμα τῶν ὁ υἱῶν Γεδεὼν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἀβιμέλεχ· — Καὶ γὰρ ἀπελθὼν πολεμῆσαι πύργον, ὥςε καθελεῖν, καὶ προσεγγίσας τῇ θύρᾳ τοῦ πύργου ἐμπρῆσαι αὐτὴν, συνετρίβη τὴν κεφαλὴν, κλάσμα μύλου γυναικὸς ἐνεγκέσης κατ' αὐτοῦ. Καὶ εἶπε πρὸς τὸν αἴροντα τὰ σκεύη αὐτοῦ, σπάσον τὴν ῥομφαίαν σου, καὶ θανάτωσόν με, μή ποτε εἴπωσι, γυνή αὐτὸν ἀπέκτεινε. Καὶ κεντῆσαν αὐτὸν τὸ

v. 24. τοῦ ἐπαγαγεῖν — Ἀβιμέλεχ) Alex. et Ald. τοῦ ἐπαγαγεῖν τὴν ἀδικίαν τῶν ὁ υἱῶν Ἱεροβάαλ, καὶ τὸ αἷμα αὐτῶν ἐπιθεῖναι ἐπὶ Ἀβιμέλεχ τὸν ἀδελφὸν αὐτῶν. Quae deinde ſequuntur apud Suidam καὶ γὰρ ἀπελθὼν vsque ad ἀνεῖλε, continent hiſtoriam in verſibus 52 — 55. traditam, quam vero gloſſator ſuo modo narrauit. Ergo nec in his varietas lectionis, qualem nunc requirimus, locum habet.

τὸ παιδάριον, ἀνεῖλε. — (56) Καὶ ἐπέςρεψεν ὁ Θεὸς τὴν πονηρίαν Ἀβιμέλεχ, ἣν ἐποίησε τῷ πατρί αὐτοῦ, ἀποκτείνας τοὺς ὁ ἀδελφὺς αὐτȣ̃. (57) Καὶ πᾶσαν τὴν πονηρίαν ἀνδρῶν Σικίμων ἐπέςρεψεν ὁ Θεὸς εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτῶν, κατὰ τὸν λόγον καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν Ἰωάθαμ.

Hunc igitur locum confideranti, duplex quaeftio fuccurrat neceffe eft, primum, vnde Suidas ipfum haufeχrit, fecundo, quid infit ad rem criticam vtilitatis? Et prior quidem quae-

Inde a v. 56. rurfus fecutus eft textum LXX. interpretum. ibid. ἐπέςρεψεν) Sic Ald. In Alex. ἀπέςρεψεν. ibid. τὴν πονηρίαν) vt Rom. In caeteris τὴν κακίαν. ib. ἀποκτείνας) Al. ἀποκτεῖναι. Verba vltima κατὰ τὸν λόγον etc. iterum funt gloffatoris.

quaeſtio hoc vult, ſitne de peculiari quadam textus recenſione cogitandum, quam Suidas, vel quisquis auctor fuit iſtius gloſſae, ad manum habuerit, et ſequutus fuerit. Certe quid eſt conuenientius, quam illum habuiſſe Codicem, ex quo illa verba deſcriberet. Nam ex memoria ſcripſiſſe, vt forte multa alia breviora, orationis latitudo plane impedit, quominus credamus. Iam vero nullam hodie textus graeci librorum ſacrorum recenſionem habemus, quae plane illum Suidae textum referat. Imo tanta eſt in hoc loco lectionum varietas, tam confuſae ſunt ex caeteris verſionum generibus particulae, vt, niſi id paene ridiculum eſſet, Suidam crederes, ex variis, quas habuiſſet, recenſionibus, eo conſilio veluti conflaſſe hanc ſuam, vt ne,

quam

quam potissimum secutus fuerit, appareret. Nam conferendis variis lectionibus vidi, praeter paucas incertas, ne vnam quidem esse, quae vere noua dici possit, sed, quicquid insit varietatis, id modo in hac modo in illa τῶν ὁ interpretum editione hodie reperiri; quamuis in vniuersum saepius cum Aldina et Alexandrina, quam cum caeteris textum Suidae conuenire cognoui. Ita ad v. βεζέκ ex Ezech. 1, 14. laudat haec verba: ἀνέκαμπτον ὡς εἶδος τοῦ Βεζέκ, quae desunt plane in edit. Rom. Deinde, cum in v. διεξόδους ὑδάτων, verba Dauidis ex Psalm. 118, 136. haec laudat: διεξόδους ὑδάτων κατέδυσαν οἱ ὀφθαλμοί μου, cum sola Aldina et Compl. congruit. Nam Rom. habet κατέβησαν. Alex. διέβησαν. Atque eadem


dem

dem consensus varietas in multis aliis locis reperitur. Quid igitur erit in hac perturbatione critica sentiendum? Suidam in Codice suo ita legisse, vti scripsit, optare fortasse liceat, credere nullo modo possum. Sed ne nihil credam, saltem ob illam tantam lectionum varietatem veri videtur simillimum esse, Suidam ex variis libris delectum fecisse earum lectionum, quae se ipsi puritate quadam dictionis atque elegantia prae caeteris commendarent. Quod si quibusdam videtur de omnibus lectionibus a Suida receptis non valere, hi cogitent, quam iniquum sit, aliorum elegantiam metiri nostra. In illis certe locis, quae in notis dixi a Suida sponte mutata esse, videre, ni fallor, licet, quam omnia melius ordinauerit, elegantius contraxerit, luculentius enarrauerit.

His

His ita ponderatis iudicari poterit illud quoque, quod in altera quaestione posui. Nam etsi ad confirmandam lectionem aliquam vtile erit Suidam in talibus locis comparasse, tamen, nisi dissimilis aliarum particularum ab illo insertarum ratio est, hoc est, nisi certis argumentis doceri potest, Suidam in caeteris locis eius generis exscribendis optima fide egisse, non multum exinde ad rem criticam sacram vtilitatis redundabit. Ac nescio profecto, an non possit illud doceri. Nam, vt hoc vtar, cum in genere videmus interpretes veteres librorum sacrorum, quos Patres vulgo vocant, assidue tractandis legendisque illis libris, assecutos esse illud inprimis, vt possent, vbi res postulabat, ex memoria scripturae sacrae loca adscribere, tum vero a Suida multa

talia loca memoriter allata eſſe, variis exemplis demonſtrare licet. Quis igitur tam ſit acutus et veluti ſagax, vt in vtramque partem decernat? Et ad criſin tamen librorum ſacrorum valde neceſſarium eſt, vt, ex codice locum aliquis accurate deſcripſerit, an poſuerit ex memoria, certo ſciamus.

Male vero narras, inquit fortaſſe aliquis. Quorſum igitur omnis haec diſputatio tua? quae tantum de Suidae, quem commendare videbaris, pretio atque vtilitate deiecit. Deiecit vero, inquam, quantum neceſſe erat. Nam primum non ſunt illa plane repudianda vel contemnenda, quae bona Suidae ineſſe dixi, quae etiamſi non multa, tamen

men non ſunt nulla. Deinde in literis, ni fallor, plurimum illud quoque valere debet, vt ſciamus, quam pauca ſcriptor aliquis bona habeat, ne vel multa quaerentes tempus perdamus, vel ſpes fallat expectantes. Poſtremo nolim exiſtimari, omnem de Suida quaeſtionem hoc libello ita eſſe abſolutam et quaſi peroratam, vt libelli finibus, illius vtilitas terminetur. Nam cum ego, quantum potero, poſthac laborabo, vt certius Lexicographi noſtri pretium noſcatur, tum vero *Tu*, *mi Schleuſnere*, in hoc genere literarum, quas tantopere amas, illuſtrando, ſtudium *Tuum* exercere non deſines. Quod cum cogito, veluti inſigni ſolatio quodam animus meus, grauiter ex diſceſſu *Tuo* commotus, requieſcit. Quamuis enim manibus

*Te*

*Te* complecti atque ore attingere non licebit mihi inposterum, tamen sentio me ex *Tuo* literarum amore illud consequuturum, vt ingenio animoque *Tuo* perspecto, *Te* ipsum aspicere mihi videri possim. Scripsi Lipsiae d. II. Ianuarii MDCCLXXXV.